



Perib. Mors : pccatorum mala , prior , pessima

Zur

Gräfl.vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

Nº 1370



Pauli Didymi  
IOSEPHIADOS  
LIBRI VIII,  
Totam Genesin  
complectentes.

Ad pedes  
*Dei Opt. Max.*



LIPSIAE,  
Imprimebat Georgius Defnerus

M. D. LXXX.

Q 22



1. T. 17. 18. 19. 20.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

8. 9. 10. 11. 12. 13.

14. 15. 16. 17. 18.

19. 20. 21. 22. 23.

24. 25. 26. 27. 28.

29. 30. 31. 32. 33.

34. 35. 36. 37. 38.

39. 40. 41. 42. 43.

ILLVSTRI  
ET GENEROSO  
COMITI AC  
DOMINO,

ERNESTO,

Comiti ac Domino

in Mansfeld.



Vas res (vt cum Charino  
Plauti faciam initium) sis-  
mul nunc agere decre-  
sum est mihi: & formam  
carminis Epici, & insti-  
tutum meum eloquar. A-  
nima igitur nostram poesin afficit Imita-  
tio: teste non solum vsu Poetarum, sed  
ipso etiam Aristotele, qui vnuis Philoso-  
phis & Ethnicis est instar omnium. Quæ  
Imitatio, commemorans tam ficta quam  
vera, secundum probabile ac Necessari-  
um, ideoq; rem exponens, non vt gesta  
fuerit, sed vt geri potuerit atq; debuerit,

X 2      àpros

## E P I S T O L A

à proprijs personis & temporibus oratō  
nem ad vniuersi generis consideratio  
nem traducit: eaq̄ ratione efficit, vt il  
lustre discrimen inter Poētam interce  
dat & Historicum. vnde & Poësis à Phi  
losopho sapientiæ laude ampliori affici  
tur. Imitamur autem oratione, congru  
entiaq̄ & concinnitate numerorum:  
quorum ea vis est, vt ad sententiam qui  
dentiū exprimendam faciant, & ad sua  
uitatem delectationemq̄ maiorem auris  
bus animoq̄ afferendam. Quod cum ita  
sit, numerum inter Poëtas obtinere ne  
mo potest sine Imitatione: nec satis est,  
versum tantum concludere, ac rem ali  
unde sumptam metro compræhendere.  
Nam etiamsi alicui fuerit in procliui, hi  
storiam Liuiānam legib⁹ numerorum  
astringere: nihilominus tamen erit histo  
ria, non Poëma. quemadmodum nec  
Empedocles in Poëtarum numerum ve  
rè aggregatur, licet metrum habuerit cū  
Homero commune: nec Chæremon, li  
cet varictate carminis præditum Hippo  
centau⁹

## DEDICATORIA.

centaurum ediderit. propriùs verò ad si-  
militudinem Poëmatum accedunt, pro-  
pter imitationem, Sophronis atq; Xe-  
narchi Mimi: nec non sermones Socra-  
tici, ab Alexamene Teio primùm descri-  
pti, vt ex Athenæo liquet: & Dialogi  
Platonici, quos (vt Plutarchus refert)  
actione repræsentabant in conuiujs,  
quemadmodum Fabulas in scena. Por-  
rò quoniam à veritate Poëta discedit,  
ita tamen, ne incurrat in repræhensio-  
nem neglectæ legis de verisimili & ne-  
cessario: in promptu videtur esse, quod  
obiectes. Præter naturam quippe fi-  
gmenta extant plurima de dijs, demon-  
stris, de transformationibus, & alijs.  
Verùm haud difficile id fuerit expurgar-  
tu: quoniam talia figmenta proficiscun-  
tur à paralogismo, assumente pro veris  
falsa, quæ non abhorrent ab hominum  
opinione: maximè cum eiusmodi opis-  
nio terras oppleuerit, à primis temporis  
bus ducta, & ex antiquissimorum Philo-  
sophorum monumentis constans. Pro-

X 3 babile



## E P I S T O L A

babile autem est, quod in opinione pos-  
situm est. Plures rationes qui desiderat,  
Strabonem & alios habet, qui respon-  
deant. Ad institutum verò meum quod  
attinet:

Dij benē fecerunt, in opis me quodḡ, pusilli  
Finixerunt animi, raro & per pauca loquentis.  
necq̄ enim nonnullorum more, vanam  
gloriam aucupabor, &

— in hora sape ducentos,

Vt magnum, versus dictabo stans pede in  
vno,

Garrulus, atq; piger scribendi ferre labo-  
rem:

Scribendi rectè: nam, vt multū, nil mo-  
ror.

Ac etiamsi ante aliquot annos, hortante  
magno quodam viro, in hoc opere cons-  
cinnando animum occuparim, & hacten  
fuscepto labori tribuni intercesser-  
int violentissimi, quō minus ad vmbiliz  
cum adduceretur, iniq̄itas nimirum  
huius tempestatis, & prauitas iudicij de  
disciplinis elegantioribus & humanio-  
ribus,



## DEDICATORIA.

ribus, simulq; vacui temporis angustia: tamen sat citò, si sat benè. Nolui autem nudam historiæ seriem persequi, ne his storicum agerem verius quam Poëtam: nolui etiam versibus sine Imitatione Genesin reddere, ne interpretis tantùm fungerer officio: nolui deniq; approbationem eorum captare, qui nihil, nisi si è triujs petitum, applausu prosequuntur, ne in sententiam vulgi peruersam discedere viderer. More itaq; Homerico & Virgiliano in dispositione artifiosa, inq; tractatione ad genus respiciente elaborauit, exorsus ab historia Iosephi: cui partes dedi recitandi ad mensam Pharaonis totam historiam Geneseos ad suam ætatem usq;: vnde tamen nonnulla in alias quoq; partes sunt tributa. Necq; sanè hæc dispositio mihi usquam vituperationi fuerit, cùm à probabili minimè sit aliena: approbante vel ipso Luthero. at quanto Viroz Is: nihil dubium est (inquit) quin Ioseph totam suam progeniem,

( 4 ) retro



## A E R I S T O L A

retrò à Thare & Noah usq; numerando, recensuerit regi, adeoq; demonstrarit, se in nobilissima familia sumorum Virorum natum esse. Cumq; narratio illa tribuatur Iosepho, effecti nomine: merito etiam illis ipsis libris, narrationem continentibus, nomen insitum à Iosepho est. infingendo præterea debitum locum ne prætermittes rem, quantum fieri potuit, operam dedi: sicut & in numeris, sententiae declarandæ & concinnitati seruientibus. qua de cauſa lector benevolus nonnunquam in ea incidet, de quibus, non Grammaticus, sed Poëta iudicium ut faciat, opus fuerit. Postremò vocem mihi conformarunt Poëtæ veteres: è quibus niſi elegantiæ & phrasium copia scripturo suppeditarit, fruſtra operam in ſcribendo contriverit. ac in primis quidem Virgilius cum Ouidio: ita tamen, ut vnius quaſi faciem, præ cæteris conspicuam, repræſentari debuisse censuerim. ad quorum simul æquabilitatem & concinnitatem malo  
me



## DEDICATORIA.

me imitando componere in versibus  
formandis, quām in confragosis & à  
seculo politiori alienis temere mihi pla-  
cere cum Chrestillo: qui

*Carmina nulla probat, molli quæ limite cur-  
runt,*

*Sed quæ per salebras altaq. saxa cadunt.*  
necq; enim is sum , qui in curam velim  
incumbere effingendi gibbum Platoni,  
neglectis ipsius virtutibus. Cæter-  
rūm in hoc opere quantum præstiterim  
Doctorum atq; honorum sit iudicium:  
qui( vt æquum est ) ea venia, quam opti-  
mis etiam quibusq; concedere cogimur,  
me quoq; impertire dignabuntur, ubi  
fortè interdum —— chorda sonum  
haud reddet , quem vult manus &  
mens. Imperiti verò & iniqui censores  
non sunt mihi tanti, vt ipsorum iudi-  
cia mihi sint solitudini : qui tamen  
non ignorent, de singulis non tantū  
versibus sed etiam vocibus , imò sylla-  
bis , ex artium præceptis & veterum  
scriptorum vsu quam reddam, ratio-

X 5 nem



## EPISTOLA

nem in promptu esse.

Quod superest: tuo nomini, illu-  
stris & generose Comes ac Domine,  
**ERNESTE**, hanc meam Genesin  
libens meritoque inscripsi, libens quidem,  
propter honestum, quod semper duxi  
per se expetendum: meritò verò, pro-  
pter generis antiquissimi nobilissimique  
splendorem, & eximium in te studium  
Virtutis atque doctrinarum. Celebratur  
ab annis DCC familiæ tujæ memoria:  
quæ exemplis augere te potest pietatis,  
sapientiæ, fortitudinis, pietatis quidem  
exemplo Hogerus II, qui religiosum  
itè ad sacra monumenta Palestinæ fu-  
scipere non refugit: & Albertus auus,  
qui non modò rem præclarè gessit con-  
tra impium furorem rusticorum, sed  
omnes quoque spes opesque suas sitas esse  
putauit in studio religionis. at sapientiæ  
Rupertus, Archiepiscopus Magdebur-  
gensis, fortitudinis denique Ernestus,  
qui contra Henricum IIII cum Saxon-  
ibus pro salute suorum arma cepit:  
& Hos



## DEDICATORIA.

& Hogerus I, qui postquam ad arma  
Henrici V se contulerat, contra sedis  
tiosos leonina virtute dimicans, in saltu  
Vuelphico mortem hodierno die, ante  
annos CCCCCXCV, Dux præcipuus in  
bello fortissimè oppetiȝt. Minimè verò  
(ut inquit Vlysses Ouidianus)

— bona — sua quisq; recuset :

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus  
ipſi,

Vix ea nostro puto, —

Quocirca dignis te laudibus extollimus,  
quod Ill. Gen. T. operam collocare  
gaudeat in studio pietatis, sapientiæ, &  
virtutis. quod studium cum sit præstan-  
tissimum atq; vtilissimum: haud alienum  
est ab illustribus personis, quæ cæteris  
esse debent instar Solis, moderatoris  
temporum & actionum: instar arboris  
fructuosa & vmbrosa: instar fontis fa-  
lubris & publici: imò ipsius Dei: cui si-  
militudine vt respondeant, non opus  
est Apelle pictore, aut Phidia sculpto-  
re, sed ijs, quibus animus excolitur.

Quæ



A E P I S T O L A

Quæ licet per se insigni splendore sint  
prædita: fulgorem tamen in illustribus  
personis edunt magis conspicuum, sicut  
cithara excellit in manu Orpheo, Am-  
phonis, Thaletis: axis in tabulis Solo-  
nis: gubernaculum in naui Themisto-  
clis pro patria propugnantis, & Pom-  
pej mare pacantis. Quoniam ergo Ill.  
& Gen. C. expectationem nobis de te  
fecisti maximam, de qua perpetuum  
etiam testimonium extat huius Academ-  
iae, quæ nostri magistratus honorem  
tibi mandauit summum: eum fauorem,  
quo reliquas disciplinas complectaris,  
rei Poëticæ quoq; præstabis. huiusq;  
Musæ mex, quæ in tuam se clientelam  
& fidem commendat, patrocinium su-  
scipies: primùm propter rerum præ-  
stantiam, & propter gloriam Dei, in  
cuius laudes versibus celebrandas vaca-  
mus, & cui vitulos labiorum carminis  
bus adolemus: cuius etiā prouidentia  
cautum est, ne florentissimæ ætatis Vas-  
tes, vnde commodum nostrum in scri-  
bendo



## DEDICATORIA

bendo comparare possumus, spolia  
quasi Ægyptiorum ad sacros usus trans-  
ferendo, interciderent. Deinde pro-  
pter expectationem de te concitatam,  
generisq; tui dignitatem, quod hanc  
artem magnificare decet, excellentiss.  
heroum exemplo: præsertim cum per  
matrem, illustriss. Dominam, Margar-  
retham, alterum decus splendoris no-  
mini tuo fortuna contulerit ex inclyta  
stirpe Ducum Brunsuicensium ac Lus-  
neburgensium: ita etiam, ut à laude  
sapientiss. Principis Ernesti, cui tui ma-  
terni, regionibus nullis circumscripta,  
decus ad te redundet insigne. cuius  
aui materni memoriam illa veritatis  
doctrinæ assertio, quam in celeberrimo  
conuentu Augustano subscriptione sua  
præstitit, honore sempiterno in Eccles-  
ia Christi consecravit. adhæc propter  
dignitatem & vilitatem rei Poëticæ:  
de quibus malo hic nihil dicere, quām  
pauca dicere, memor Phauorini Gelz-  
iani. & deniq; propter huius artis pro-  
paga-



E P I S T . D E D I C A T .

pagationem, ad quam hoc seculo in-  
cumbamus necesse est. Pluribus autem  
non rogabo, ne videar de tua volun-  
tate dubitare.

V. Ienæ III. Id.

Febr. anno M. D. L X X X .

Paulus Didymus  
Acad. Ien. P. P.

In Gene-

In Genesin

# PAVLI DIDYMI

ANDREAS NEHRKORN.

Ἐν τῷ Σιγείῳ ὁ ἀλέξανδρος Θεοπίδης  
Αὐχι φιλοθεόντος αχιλλεῦ τύμβον γῆνος  
ἰσάμενος· νέος εστὶ μάκαρ καὶ ὄλβιος, εἴπει,  
ὅτι τεῖς αρετῆς ἐλαχεῖς ληρυκαὶ ομηροῦ,  
αἰεὶ μὲν ἀειδόμενον, καὶ ἡώ θητοτάτο θυμῷ  
ἔργα λόγγας τὸν αὐτὸν ὅστις, ἀλλοῦ ἔργα μωρῶν  
ηρώων, τῶν εἰς θάλεον καθ' ἐπάδα εὑρὼν.  
ἀλλὰ τί θαυμάζεις, ὃς ἐλλαβεῖ μοῖρα λειτουργίης,  
ἐλῆγον λειτουργῶν ορήια πάνθος ἔχοντας  
φησικὴν ἀταστατίαν, καὶ δυσαεβήν τοιοῦτον;  
δεῦρο σεγακλέτης θαύμασιν σαεφρονας ἀνδρας,  
τὸς ἄρα θεομοθέτης Μωϋῆς, πειστόθεος θεοῦ ἄντε,  
ἐν θειογλαύσῳ βίβλῳ κατὰ μοῖραν ἀείδει,  
ἀρχέγονοντ' Αβραὰμ, καὶ εὐρυγένειον Ισαὰκ,  
καὶ ταλασίφρονα Ιορδάνην, καὶ αιμάμονα Ιασοῦ,  
γραπτὸς κάρην ἐν Εβραιῷ, μητέρι πάσης  
ἱδρυσόντης καὶ ἀληθεῖτης θεοπειθέος. ἔρχεται  
ἐγώαδε, καὶ μέθης ζωαρκέας ἔργατε καλλὰ  
Φράτερ. εὐσεβίην δημιουρούσα ἄντα θεοῖο,  
πίσιμον ἀνέπληγμον, καὶ ψωόσασιν ἐμπεδόμητιν,  
καὶ ἐν θυμοβόροις τάλασσῃ καλεπταῖς μεριμναῖς  
τῆνδε



τήνδε δικαιοσύνην Βροτὸν οὐδέπομπον εἶναί τε,  
Θελέντον τὸ ἀγάπην, τὴν ἐλπίδα λυσίπονόν τε.  
τὸν ἄρτα θαυμάζει Διδύμος, δεδαημένος ἀνήρ  
τὸν δὲ ἐπειστὶν εὖσι μελιγύριον ἀσιδεν  
τὸν δὲ ἀγαπᾶ μεγα. τῶντον τὸντας μικτῶς σκένω  
ηνδανε. Δεῦτε νεοί ἐνī καλλιχόρῳ Παραδέσιον.  
ὄντων χρυσοφόρον Πίσσων τε, ὁ ἰλύσεις τε  
Γιών, καὶ Τίγρης καλλίρροον, Ευφράτης τε  
δινήσις, ποταμοὶ ἀλαδε προρέοντες, ἔχοσι.  
δεῦτε νεοὶ θαλεροὶ μελιηδέα δρέψατε καρπὸν  
Χερσὸν αμοιβαίνεις, καὶ ἐύπνοος λέπρια λευκὰ,  
καὶ ρόδα εὐώδη, ὑακίνθης Φίδιος οὐρανοσας.  
ἄνθεα ἡελίος τάδε ἔποτε αἴθοντο ὅλεστει,  
ὑδατὸν ἐπειτα βίη, καὶ κένυματα ἵστα ὄρεσιν  
ἀκροτάτοις, ἀνέμων καὶ Βλάψει ὁ δεινὸς ἀγτης.  
πεῖστοι δὲ ὑψιμέδοντα Θεού, δωτῆρα ἑάωμ  
ταντοίωμ ὑμνεῖτε. χάρημ καὶ ἐπειτα μεγίστην  
πρόσθετε τῷ Διδύμῳ, δάφνη τε πυκνασμένῳ ἀνδρὶ,  
καὶ τοῖς μεγοπόλοις μεταριθμέω ἀβανάτοισιν,  
ῶτιν ἀπέστοματον γλυκερὴν ῥέει αὐδὴ. σκένει  
καίγε ιοσεφάνοις τάντες συγχάρετε Μάσαις.

## PAVL I



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS  
IOSEPHIADOS  
LIBER I.



Aca virumq; cano, qui primus  
Hebronis ab oris  
Migrante Isacidum de stirpe  
Canopica venit  
Littora, multum odijs fratrum  
hic iactatus inquis,

Multa quoq; ad Nilum passus: dum condideret illic  
Largus opum & meriti fraterno è sanguine g̃tem;  
Inferretq; Deum, populi genus vnde sacrati,  
Dauidesq; Pater, Solymæiq; atria templi.  
Christe mihi caussas memora (simulacra gerebat  
Diues inopsq; tui, tandem dux, anè minister)  
Cur iuueneegregio primū crudeliter vsa.  
Sint fata: in melius verò inde referre seuera.  
Consilia annuerit Ioua, idem, quando, vebentem  
Sacra & Pieridas, cupimus deducere classem

A Te duce

*Te duce littoribus, pelagoq; patente volare :  
Per maris alta regas ventus iter, oro, secundis.*

*Fons Deus est & origo boni, bonus ipse per ævum,  
Munera seu spæcies caelestia, sine caduca.  
Cumq; à fonte caput Sapientia tollat eodem :  
Consilio sapiente pijs sua dona ministrat.  
Quod sit adhuc supra sensus licet, omnibus, acta  
Verbo, haud norma tamen fallax regionibus exit.  
Quippe vias Erebi nos primùm inuadere cogit  
Per loca senta situ, noctis per tela profunda :  
Datq; gradum fessis idem reuocare sub auras,  
Atq; manu raptis diuerso ex hoste trophæis,  
Ad delubra poli gratantia ducere pompam.  
Aspera crux belli signum effert Regis ab arce  
Bis geniti : his armis animos aptemus oportet.  
Nec verò est odio Superis pius, obrutus vsg;  
Mole graui, aut, inter mala nostra, his gaudia gli-  
Supplicio inuitus parat exercere dolorem (scunt.  
Sæpe Deus, factoq; est lenis & asper eodem :  
Mens ita se damnat sceleri, quam culpa remordet,  
Seq; ministerio vicij remouere laborat.  
Semper ita in catu sancto res certa peregit  
Indicium cordis, sua damna auctore leuantis,  
Reddenterisq; Deo cultum data fata sequendo.  
Testis ita in promptu est, delatis attere dictis*

Pondus



Pondus inesse ratum, nec, commoda propter & v̄sus,  
Nos fungi sacris, & votis nestere vota.  
Sic etiam Christo Christi de nomine dicti  
Rectius, & capiti respondet imagine corpus:  
Ut ducis in signo vestigia certa premamus,  
Qui cœli in patriam mala per diuersa tetendit.  
Sic ( dum more nouo, turbæ exoratus egenæ  
Auxilium castris æther effundit apertis,  
Verbi in pollicitis inopes haud plura moratus )  
Signa dat euentus, diuinæ nuncia dextræ,  
Quæ tegit, ornat, alit, clarat sacra ritè colentes.  
Sic magis yrget iter Pietas, exercita duris:  
Præbet se melius mens dictis iussaq̄ figit:  
Recta fides vires exercet, & augmina sumit:  
Spes cor alit: votis operantur crebrius ora,  
Ac tanto penitus trahimus suspiria moru,  
Ut pariter nobis Regi⁹ supra mea tenenti  
Concubiant pectus, quem vota fidelia tangunt:  
Constans, & grauibus patientia nescia vinci,  
Haud dat terga fugæ, pugnauæ excedit iniqua:  
Sed rubem belli contortaq̄ sustiner vmbro  
Tela, manu Christi factus, sparsusq̄, cruento:  
Flectimus ad laudes dininas verba redemti,  
Et grates canimus: vires acquirit eundo  
Fama sacrae Voci, per terras didita late:



*Afferimus vitæ cœlestis denique laudem,  
 Præmia quæ reddet pietati, h<sup>ic</sup> aspera passæ.  
 Hinc quoque Iosephum, tot per tria casibus actum  
 Lustra ferè, melior tandem fortuna reuisit:  
 Fortius ut loris, mala compesceribus, vti  
 Discat, vt inde fide sese ad maiora reseruer,  
 Ut sacra det Pharijs, & vertat Anubibus aras,  
 Confugiumque suis vt sit, dum fallit ubique  
 Depositum tellus, nec parent arua colono.  
 Cumque ardens odijs, & inexaturabilis iris,  
 Progeniem in sanctam Noctis Pater atque Erebi  
 Aduocet omne genus telorum artefici, nocendi, (rex  
 Seu versare dolos sit opus, seu cernere ferro:  
 Hora madet pariter nocturna diurnaque fletu.  
 Tantæ molis erit, dici, esse, manere beatum.*

*Vix, ad conspectum genitoris, Hebronis in arua  
 Isacidem attulerat Mayrai cura peculi,  
 Ac desiderium Patris prædulce videndi:  
 Pectora sub crudo cùm, non coëuntia, seruans  
 Vulnera, crudelique Alecto fixa dolore,  
 Maxima dirrum, mouit caput, istaque secum:  
 Méne referre pedem, sine crimine cœdis & ignis,  
 Absede Abramidum? mén<sup>o</sup> vict<sup>o</sup>a, aut pondere fess<sup>o</sup>a  
 Deserere inceptum? méne haud acuisse furores?  
 Scilicet huic monstris cessabo nocentibus omnem*

Permiscere



Permiscere domum, quōdam editus ynde tyrannus  
Excidio nobis veniet? quem Numina mittent,  
Tartareas ut opes & lamentabile regnum  
Eruat, & cumulet mortales inde salute,  
Nos vocet ad pēnas, in adēta hos sceptra reponat.  
Non ita, namq; et si stragēm dabit ille sub Orco,  
Collaq; pressa tumens pede sub victoris inanes  
Tollet Echidna minas, nec habent hāc fata regref-  
Inspirasse tamen virus laudabitur Anguis (sum:  
Morsibus, in talum dens lāsa ut talce receptus  
Principis & comitum degustet vulnere corpus  
Inuisumq; bibat Necis hasta intorta cruentem,  
Atq; pij ducant extrema per omnia vitam.  
En ego sum, primo quæ tinxi sanguine terram,  
Frater ubi fratrem moribundum extendit arena  
Stipide: cur eadem nunc vis perstare recusat?  
Est mihi fāx, ignes æternos sulfure pascens:  
Sunt colubri, errantes per crines perq; lacertos:  
Sunt tela: est animus telis præstantior, atra  
Facundus fraude, & mille ingentiosus ad artes,  
Vnde queam laudem spoliumq; insigne referre.  
Talia cum gemitu flammata mente volutans,  
Inuidiae in Patriam, loca tabo & frigore fæta,  
Tendit iter: iuxta comites vestigia figunt  
Innumere pestes, malefida Nōcte creatæ,



Lapsus homo pactis ubi primum stare negauit.

*S. p. 99.* Quas inter, cor edens Cura : & Metus anxius aestu,

Arreptusq; comas Tremor, ac pallore notatus :

Impatiensq; sui Dolor : & Vis, cincta tenebris :

Iraq;, cui lumen stat formidabile flammis,

Quaeq; minis assurgit atrox : Odiumq;, Nefasq;,

Plagaq;, damna quibus sunt cordi, dignaq; penes,

Duraq;, tum preceps Audacia : & Ardor habendi

Circus : & ungue notans membra, ac velamina Plan-

Abscindens humeris, & Luctus ducere voces (gor

In fletum ingeminans, & dans suspiria Mæror.

Sub valle Inuidæ domus est, summota recessu,

Pigra gelu, radijs imperuia, tintæ veneno :

Intus fusa solo squallentia terga resolute,

Viperaq; fremens dentes in carne fatigat

Monstrum informe, exangue, atrum, lugubris in ore

Pallor inertis sedet : cor linguaq; felle virescunt :

Obliquos oculos frons, rugis obfita, torquet :

Adducitq; cutem macies: gemitusq; petuntur

Mæsto è corde vagi, nec inops dat cura quietem.

Carpitur & carpit, contabescitq; videndo

Res dignas hominum, nec honesto intendere mentem

Audeat : abest risus, nisi quem sors improba fecit

Alterius : nulli q; magis, sibi quam nocet ipsi.

Viq; oculis obiit Furiarum ab sede sororem,

Et comi-



Et comites: risit, quia nil latabile videt.  
 Ad quem tum supplex Alecto his vocibus vsa:  
 Gens inimica mihi, Tharæ de sanguine dubia,  
 Et bis sex tribubus distincta, Chanæidos aruis,  
 Nescio quæ, noua sacra colit, sedesq; locauit.  
 Hic odijs versare domos, pacemq; labora  
 Disjicere, & stimulos in pectora condere cacos  
 Fratribus, ut letho puerum demittere quarant,  
 Delicias patris, & curæ easusq; leuamen.  
 Gratia reddetur tibi talis, ut optima semper  
 Dente tuo stringas, & maxima rabe pererres.  
 En adero, obiectens oculis & pectori Erynnin.  
 Inuidia hæc contrà: tuus explorare, quid ores,  
 O ultrix Erebi, labor: adsum, ut iussa capessam.  
 Facta puta, quæcumq; iubes: accumberenamq;  
 Tu mihi das epulis serpentum: cladibus orbem  
 Afficis, ut surgant mihi gaudia: toxica præbes,  
 Quæ sensus hominum pertentent ossaq; peste.  
 Hac ubi dicta, pedem torfit, seq; extulit antro,  
 Spinea vincla manu neclens, adopertaq; fumo.  
 Quæ fert cunq; gradum, flos & seges omnis inerii  
 Tentantur subito rabigine, siluaq; pallet  
 Frondibus afflatu polluit, utq; peiuit  
 Samariam, armentis gregibusq; & pace vigentem,  
 Deni ubi seruabant saltus & pascua fratres:



In lacrymas iuite, lacrymarum expercia cernens.  
Expedit ergo manum tristi ferrugine tintam,  
Et premit ad pectus fratrum, intima veprib. implēs.  
Cordibus ac medijs pulmonibus inde venenum  
Spargit: & ante oculos pulcra sub imagine ponit  
Josephum, Patriæ lenimen dulce senectæ:  
Cunctaq; magna facit, dolor q̄sib; ardeat unde,  
Sæuaq; circumstent odia, & violentia gliscat.  
Præcipue Leuis & Simeon, Bilhaq; creati  
Naphthalis & Danes, ac Silpa Gadus & Aser,  
Rahelidem exercent odijs: animoq; recursat  
Patris in hunc amor, & sordis fiducia primæ.  
Adiuuat Eumenidum regina, illisq; latenter  
Conicxit abruptos excusis crinibus angues,  
Et face consequitur iactata fortius ignem.  
Tum faciem toruam paullum vocemq; reponens,  
Induit in vultum sua Thyrſidis ora senilem,  
Perq; nemus pecudes siluestri, vt pastor, oliua  
Curuus agit: Simeon curis vbi fauicius, inter  
Solus oues, platani frigus ducebat ab umbra.  
Cui subito assistens, hac voce silentia rupit:  
Quid rapido vitam toleras sub Sole per agros,  
Diuum ô progenies, fratrum pars prima tuorum?  
Namq; sacerdotis capies & regis honorem,  
Primigena pulso, maneat tibi mente reposum

Iudicium



Judicium Patris, spreti<sup>q</sup> infamia primi  
 Ob scelus admissum : cum sis nunc alter ab illo,  
 Ut tibi primigenia cedat ius, ordo requirit.  
 Tolle animos igitur : te sors habet ista secundum.  
 His verò tua ne stirps forsitan excidat ausis,  
 Hoc virtutis opus, meministi, Rahele natum  
 Ardeat ut genitor longaeus : cernis, in uno  
 Ut iam delicias faciat, sed nocte dieq  
 Custodes pecori vos addat, limine pulsos,  
 Et per humum assuetos nemorum sub tegmine vilem  
 Instituisse dapem, nisi me frustabitur omen,  
 Iste puer primis succedet honoribus olim.  
 Quare age, felici rerum ne cardine cesses,  
 Quin puerum tacita studeas, opponere morti.  
 Haec ait, & dictis aspirat cædis amorem.  
 At iuuenis, defixa tenens obtutibus ora,  
 Atq<sup>z</sup> truces volvens oculos, in sorde moratur  
 Laudis præcipua<sup>e</sup> ducenda, & pediore versat  
 Consilia in fratrem, curasq<sup>z</sup> buc mutat & illuc.  
 Importunus honos Iosephi mente subibat  
 Crudecente, simul præsagia noctis iniqua.  
 Hinc scintilla genis absistit, & astuat iris  
 Corda per im<sup>e</sup> pudor, mistoq<sup>z</sup> insania luctu.  
 Non aura nemorum, non suauè rubens hyacinthus,  
 Non cantus avium, non fundens sibila canna,



Non lusus pecudum, non fons, cum murmure labens  
 Purior Electro per saxa, è pectore curas  
 Diluit, aut animum solita dulcedine tangit.  
 Ac primum dolor ora quidem male suada repressit,  
 Verbaq̄ defuerant linguae, indignantia iustè:  
 Sed tandem ad reliquos, cingentes graminacetu,  
 Quos simul ira super puero curaçq; coquebant,  
 Dicta accepta refert, que sit sententia, poscens.  
 Omnibus idem animus scelerata capessere tela.  
Sic, vbi suggestur flamma vndiq; virgea labro  
Spumanter, crepitansq; altè Vulcanus anhelat:  
Vis rotarintus aquæ furit exultantis ab astu,  
Et, volvens cumulos vndarum, exuberat annis,  
 Mens quoq; certa sedet magalia figere campis  
 Dothæ, ab Iosepho patrijsq; ut ouibus absine  
 Longius interea, donec se tempore vires  
 Dent opportuno, puer ut det vulnere vitam.  
 Vnanimisq; moræ caussas per pascua neclunt.  
 Iamq; dies ultra solitum procedere visi:  
 Cum dans sollicitè charo pater oscula nato,  
 Vise, ait, ad fratres, quos vna ita miror abesse.  
 His metuo, & pecori: metus, opto, eat omnis in Au-  
 Dixerat ignarus fati, incertusq; futuri: (stros.  
 Et petit amplexum, repetitaq; præripit ore  
 Suavia, non orbo dein sic repetenda parenti.

Mens



Mens præsaga mali gemitus agnouit acerbos:  
 Sed quæ dura timet reliquis, te chare manebant,  
 Ter votuit dixisse, mane: vox fauce ter hæsit.  
 Res ijt ista poli nutu, haud rem casus agebat.  
 Quippe ita thuricrema Fidei & Pietatis ab ara  
 Gratiæ ad calum se fumus odorq; ferebant.  
 Corripuit sese & tectis puer extulit altis,  
 Infaustum molitus iter: quater omina Phœbus  
 Læua dedit fugiens sub nubila, rorida guttis:  
 Et iuga cum siluis v'lulatum visa ciere:  
 Pendetq; offensia puer ipse in limine planta.  
 Ut tenuit Sichemam, late loca sola filere  
 Vedit, vbi missus grex pastum errare solebat.  
 Audet inops animi voces iactare per arua:  
 Sed tantum valles responsant siluaq; circum.  
 Sollicito absentes vagus hinc sermone requirit:  
 Omnes se vidisse negant subit ardua tandem,  
 Prospectumq; iugis latè petit, omnia lustrans:  
 Fratrem in conspectu nullum. fortè, abditus vmbbris,  
 Frondator nemorum sub rupe canebat ad auras:  
 In quem Rabelides vagus incidit, ille. quid( inquit )  
 Tam diuersus abis? Dothe, quos quæris, habebit:  
 Hunc supera collem, dein te via ducet ad urbem.  
 Corripit inde viam, nec semita fallit euntem.  
 Quem simul ac prospexit agris aduertere gressum

Turba



Turba inimica procul, misti glomerantur in orbem;  
 Diraq̄ certatim sese exhortantur in arma.  
 Quos inter, Simeon his vocibus aggerat iras:  
 En regem egregium casus nouis attulit, omnes  
 Cui genibus sternemur bumi, fratresq; parenq;. H  
F  
S  
Q  
Sa  
H  
L  
In  
H  
Oc  
V  
Sa  
Se  
De  
Qu  
 Nos animæ viles, & nos ad ouilia nati  
 Omne œuum terimus filiis, trahimusq; laborem  
 Ingratum per agros sub Sole, sub imbre, sub Euro.  
 Cotidieq; solo pomis agrestibus austro,  
 Vidiū infelicem sub nudo mulcra dat axe,  
 Tum cichorea, leues maluae, lapidosaq; corna:  
 Et leuat vnda sitim vilis, ne mora inter & antra  
 Nodle, rudi lana recti, pecudumq; lacertos  
 Induti excuuijs, petimus per membra soporem:  
 Quem tamen auertunt culices, ranæq; palustres,  
 Nec non insidiae furum, incursusq; ferarum.  
 Ille domi piger, & virgato pictus amictu,  
 Impletur veteris Bacchi, cœnasq; ferina  
 Et tergo ducit bouis, & lustralibus extis  
 Hædorum, segnem posc effultumq; tapetis  
 Somnus iners auffert, & nobis noxia, singit  
 Somnia, supposita nunc falce, cadentibus astris,  
 Stringere messorem sese putat ordea culmo  
 Nobiscum per agros: ubi sese ipsius aristæ  
 Arrectas tollant, opibus cultuq; nitentes,

Demittantq;



Demittantq; caput nostræ, rubiginæ rostæ.  
 Nunc altè solio subnixus, & auctus honore,  
 Sub pedibus Solem, Lunamq;, vndena trahentem  
 Astra, sibi cernit votis exposcere pacem.  
 Quin, si quis nostrum commissa piacula forsan  
 Distulit in noctem, mox idem Patri ad ora  
 Nos onerat dictis, culpisq; silentia demit. (guem.  
 Fert hunc laude parens, es factus hic vñus ad vñ-  
 Hanené igitur, tumidum spe turpi & dira canentem,  
 Ferre iuuat, culpamq; nouam compescere ferro  
 Spernimus? annè diem labi cunctando sinemus,  
 Quo probet euentus monstra, & maturior annis,  
 Atq; animis fidens nec non genitoris amore,  
 Sceptra gerat? genibus nos aduoluamur egeni?  
 Heu fratrum ignauas mentes, heu peclora cæca.  
 Quin, dum testis abess, certe se quisq; parare  
 In commune nefas, & in hostem stringere tela,  
 Vulneraq; ô animam per mille expellere solum.  
 Hora locusq; fauet, tacitis accommodus ausis,  
 Occisum vt putei latebris mandemus opaci,  
 Vocesq;, esse feræ, spargamus, dente peremtum.  
 Sat Patri ætatiq; datum: nos saepe dedisse  
 Scit signa offendæ: scit conieciisse querelas  
 De spe non licita regnandi, deg furore,  
 Quem sopor immisit, verùm es ita cæcus amore,



In damnum commune sibi natisq; det eheu  
 Ut tempus miser, & se fraudet nosq; petitis.  
 Ira ut nostra cadat, modò se fert ore minacem  
 Difficilemq; monens, deludere somnia sensus.  
 Augurij nobis vanisphem fronte serenat,  
 Omnia dissimulans: sed, si modò vera fatemur,  
 Corde premit curas, mentemq; per omnia versat,  
 Nescio quid spectans magni auguriumq; salutat,  
 Semiuiri tradens sub leges seq; domumq;.  
 Nunc rem tempus agi: si pergimus ocia segnes  
 Hic trahere, heu miseris stabunt hæc ocia magno.  
 Talia iactabat dictis, cunctisq; fremebant  
 Ore simul: cum sic petijs lenire dolentes  
 Ademonitu Ruben, animi maturus & aui.  
 Jacobidae magni, genus alto à sanuine Thare,  
 Cur tantum tanto maculatis criminis nomen?  
 Conseclerare manus fraterna cæde quis ausit?  
 Vos stirps sacra tulit, non saui impura Caini,  
 Qui fertur furijs, qui fratrem obtruncat, & iram  
 Non capit ipse suam, qui dulcia limina mutat  
 Exilio & pænas explet cum stirpe sub vndis.  
 Noxaq; vestra quidem scelere est immanior: vnum  
 Vnus ibi, plures hic letho absunitis vnum  
 Testis abest hominum, sed non Sol testis & æther:  
 Ospitate Deum memorem fandi atq; nefandi.

Cur



Cur quoq; vos patris reuerentia nulla mouebit?  
 Cur quereris ei lacrymis vrgere sepulcrum  
 Ante diem, viuent bini & morientur in uno.  
 In vos quid potuit commitere deniq; tantum  
 Iste puer? Cur est odio? si forsitan olim  
 Aurea prospelant hunc fata, quid inde vetabit,  
 Ne fratres pariter fortuna viuus inaurer?  
 Non modò consortes generis sed honoris habebit  
 Nos quoq; fortuna cumulati vremur eadem.  
 Fatus erat: sed spretus abit, cum fama sequatur  
 Conscia Rubenem, patrium tenerasse cubile.  
 Contemptus sceleri semper comes improbus hæret.  
 Retia te lecto genitoris tendere iuuit,  
 Ergo tibi rursus bona gratia quæritur: aiunt.  
 Dum modò pugnando superemus, vince loquendo.  
 Ille sub hac: frangor fatis, rapiorq; procella:  
 Quanquā ò, si quis adhuc precibus locus, excue mente  
 Tam duram, precor: aut, si fixum id corde sedebit,  
 Parce neci saltem, gens implacata, cruenta.  
 Ecce locus hic fossa depresso, & obsitus umbris:  
 Conditus hic soluat vobis sine sanguine pènas.  
 Tempus erit, magno cum quisq; optauerit emtum  
 Rabelidem intaculum, seq; oderit ipse diemq;.  
 Author erat vero de fossa, ut nocte reuersus  
 Redderet extractum luci & vitalibus auris,

Nee



Nec simul in fratrem foret impius, inq; parentem.  
 Astraq; testatus, dubijs se passibus auferit  
 In nemus ex oculis: ubi ducat fletibus horas,  
 Donec nox tacitis non annuat inuida cæpis.  
 Nec longum in medio tempus, cum voce salutem  
 Attulit à genitore puer, fida agmina credens,  
 Et cæpit placidè iussas expromere voces.  
 Exuperate moras: quæ vos tam sera moratur  
 Segnities? reditu genitori demite curam,  
 Pro grege quam vobisq; gerit: hic nuncius assūm.  
 Dixerat: & (neq; enim responsa dabantur amica)  
 Continuò sese delapsum sensit in hostes:  
 Perculsusq; pedem retrò cum voce repressit.  
 Huc peritura veni, capias ut principe digna  
 Præmia: nostra dabit iam regi dextra, quod optat;  
 Nempe malum, quæ sint tua somnia, vane videbis.  
 Hæc tantum Simeon: reliqui clamore sequuntur.  
 Tendentemq; manus puerum, genibusq; volutum,  
 Et, fratres, fratres, clamantem, & multa præcātem  
 Circumfusa cohors versat sudibusq; manuq;:  
 Mox in vincla petit, certatq; illudere capto,  
 Et dare præcipitem sub hiatum vallis inanem  
 Aggreditur, ceruam cursu sic vndiq; agentum  
 Lustra per alta canum latratus in æra Jœnit:  
 Sic atra in nebula raptorum turba luporum

Desertum



Desertum per agros morsus exercet in agnum,  
 Et confert tenero certatim in corpore dentes.  
 Ut verò in media captus se morte teneri,  
 Et vota in Zephyros data vidit inania verti:  
 Hos rupit gemitus, ad sidera lumina tendens,  
 Lumina, nam palmas arcebant restibus ambas.  
 O Sator omnipotens, Abras cui, natus & Abra,  
 Cui pius Isacides sacrorum libat honorem:  
 Apicis hæc? ante nequicquam in vota ciemus?  
 Ecce verè, ecce cælo pietas, quæ talia curet:  
 Non hæc eveniunt sine Numine. Cernit & audit  
 Cuncta Deus, sese præstans iustumq; bonumq;.  
 Cedo Deo, auctor o gens, scopolis immanibus orta,  
 Ferrum in corde gerens, & lade imbuta ferino,  
 De qua non merui, te patris tangere cura.  
 Si qua potest saltem miseri, miseresce: relinquo  
 Ignarum infelix huius, quodcumq; pericli ecce,  
 Inq; salutatum, crudelis fama, caueto,  
 Perferat hæc illi: solando auerte dolorem,  
 Ac de me rapto crimen fer habere latrones,  
 De jobole ut viua spem saltem is pascat inanem.  
 Hæc mortis capiam solatia, quæ so sinatis.  
 Sancta ad vos anima, & manifestæ nescia culpæ  
 Descendam o manes, nec auorum indigna piorum.  
 Plura loqui lacrymis dolor implens verba verabat.

B

Mota



Mota cohors gemitu esq; compressaque constitit ira;  
 Inuitaque oculi lacrymas misere coactas,  
 Et iam iamque magis vis effera lora remisit:  
 Cum Lewis ecce, loci forte à Simeone secundus,  
 Fletibus hoc non esq; muliebris; inquit, agendum:  
 Hic labor arma vocat fratres, ingentia magni  
 Nunc vbi sunt animi, quæ dudum verba dabatis?  
 Detrusus fouet, fundo voluatur in imo;  
 Dum potior vobis animo sententia surgat  
 De ratione necis: dapibus fusingamur in herba  
 Interea, vosne incæpto desistere victos?  
 Huc ades ô formose puer: iam nuncius ibis  
 Patri: huic degeneres natos narrare memento.  
 Assensore omnes: inimicum insigne gerente,  
 Diripiunt humero chlamydem, de vellere textam  
 Æthiopum: filis genitrix cui tenuibus aurum  
 Immisit, variumque olim subtegmen acutis  
 Inseruit radijs: per funem lapsus, ab orno  
 Postea demissum, quæ frondibus imminet antro;  
 Fertur in abruptum, barathro & caligine mersus:  
 Et quia pars melior temerata esq; acta diei,  
 Per nemus accingit dapibus se quisque futuris.  
 Pars hædo properat cultros supponere: membra  
 Pars in frustra secat, verubusque ea versat in igne:  
 Parsque ministrat aquas, & viscera mollit ahenis:

Atq;



Atq; laboratae Cereris pars dona canistris  
 Expedit, & statuit crateres, hornaq; fundit.  
 Criminis indulgent veniam sibi, deq; patratis  
 Securi, celebrant epulas, per conscientia nondum  
 Supplicij vigilem gestant præcordia testem.  
 Conditus hic animis agit alta silentia primùm:  
 Post ita non Minos, non Æacus intonat ore.  
 At, pueri noua lux oculis obiecta repente,  
 Speluncam radijs vestire & lumina visa  
 Tingere: tum sertis quoq; visa recentibus antra  
 Halare, & facies Diui sic mittere vocem.  
 Parce metu Iosephe: manent, quæ condiait aether,  
 Fata immota tibi, duris ne cede: sed ito  
 Quoslibet in casus audientior, orbis habebit  
 Te Dominum ignotus, posse lustra peracta labore.  
 Regia te stabili pietate ad limina perfer:  
 Cumq; fide superet patientia, quicquid acerbi es.  
 Ardua prima via es pietatis, & horrida faxis.  
 Sic ait: & formæ sunt redditæ cuncta priori.  
 Quisquis es ô Diuum, sequor, & quæ præcipis, assūm;  
 Caput ait: vires imbelli animumq; ministres.  
 Atq; ea diuersa dum parte vtrinq; geruntur,  
 Transmisere viam, Memphiticæ regna petentes,  
 Mangones Arabum, sata duro Ismaële turma,  
 Et genito Aurora, pariter Midiane profecti.



Ars erat his lacrymas è myrrha, thuris acerras;  
 Cinnama, resinam terebinthi, & aromata, largæ  
 Exorientis opes Solis mutare beatis  
 Nili diuitijs, ac fertilis vberē glebae.  
 Quos vbi prospexit speculator tendere gressum,  
 Consulere in medium sic vltro incepit Iudas:  
 Dij meliora velme: quanquam hæc fecisse decebat,  
 Non optasse viros tantum. ignorantia veri  
 Haud agit in fraudem miseros, sed Erynnios ardor;  
 Mittemusue neci consorti sanguine natum,  
 Nobis perpetua fudent ut pectora culpa?  
 Seruare hanc animam patri: discrimina tanta  
 Non dabit, hic minimæ gentis victoria nostræ  
 Vertitur, aut, vobis si non mutabile miti  
 Pectus consilio (quanquam ô) patiamur, ut emtum  
 Hinc comitē asportent Nabathæi, augebimur auro;  
 Et dabitur noxa speciosa imponere posse  
 Nomina, quod simus fraterna à cæde piati.  
 Sic etiam vestras nunquam ibit deinde per aures  
 Nomen Iosephi, per saxa, per æqua vedi.  
 Dicta placent: alijs sit Rex (vox vna) sit augur.  
 Nec mora: de precio Dan paci a iubet inire,  
 Missus ad Æthiopas cum Gado: cetera vindictum  
 A tenebris antri pars restituisse laborat  
 Funibus adductis, qui postquam rursum ad oms

Luminis



Luminis euasit, tales dedit ore colores,  
 Qualis mane comas rosa vel narcissus in horto  
 Explicat. Interea dimisi dicta reportant:  
 Compositæ leges bis denis aſibus omnes,  
 Vberiore domum grauis haud manus ære redibit.  
 Vile ſatis preciū: verūm. (ut modō, propter honorē,  
 Exilium luat) omnis abeſt mora, ſiue petito,  
 Siue leui precio ſibi permutatio detur.  
 Gens Eoa, notans vultum, vocemq; gradumq;  
 Vix ibi, quod posſet credi mortale, vidibat  
 In puerō: & ſecum: quod corpore numen in iſto  
 Sit, dubito, ſed in eſt en corpore numen in iſto.  
 Ipſe ſimul quadrupes, cum tergo membra locaſſet  
 Exceptus, veluti ſub honeſto pondere ſolus  
 Lætitiae noua ſigna dedit, facilisq; leuisq;  
 Sapientia in ſolitis binnicibus impulit auras,  
 Et pedibus gressum viſus glomerare ſuperbum.  
 Huius at ignarus fortunæ, & plurima voluens,  
 Ut primum tacuit nox, ad loca ſubcaua gressum  
 Rubenus recipit, ſe concitus atq; timore:  
 Pronusq; in foueam, Iofephum nomino clamat.  
 Corde eit ſanguis: neq; enim vox redditur antro.  
 Clamorem ingeminat: vanaloc a voce reſtant.  
 Tam verò ambiguis curis, ſeu viuere credat,  
 ſeu ſubijſſe necem, ſub fundo explorat opacas



Sollicitè tenebras aptaro ex ilice conto.  
 Postquam cuncta videt puto constare vacante,  
 Signaque nulla ferunt querentem fratribus ad ora:  
 Ingentem gemitum percussio ad sidera tollit.  
 Pectore, & abscissus vestem: quid restat, ademte  
 Nunc sine te mibi, frater? ait, quo funere mersum  
 Te querar? aut quo me vertas? hoc mihi cœca parabat  
 Fossa? pedem o ritinam nusquam. Dum conor abesse,  
 Me simul extinxi tecum, patremque, domumque.  
 Felix, si telis animam super ipse dedissem,  
 Et tua me ferro dolor idem ad fata vocasset.  
 Ulterius ne tende odijs, plebs acta furore:  
 Terra exangue sinas tumulo succedere corpus.  
 Vulnera purgabo lacrymis: in peccatis odores  
 Fundam: & si quis adhuc anima super halitus errat,  
 Ore legam, hos inter questus, interque laborem  
 Conscia lustrandi vestigia, Luna ministrat  
 Commiserata vias erranti, & cuncta notant:  
 Donec eum tandem, surgens ex aequore, fessum  
 Phœbus agris statuit, fratrum seruantibus agros:  
 Quo res summa loco? quæ fratrem fata sequuntur?  
 Vix ea fatus erat, cum fratribus, haud plura querentem  
 Passa cohors, quis sit status, edocet: orat, ut acta  
 Ore premat, precium ponit: ne iurgia iactet,  
 Præcipit: & pugnet si contraria, extrema minatur.

Iussa.



Iussa, preces, promissa, minas confundit in vnum.  
Fallit te pietas, inquit, tua non benē cautum:  
Si pius esse voles, in te pius esse memento.  
Fortuna& arbitrium facimus tibi, siue benigna,  
Siue inimica petas, sumus ecce in vtrung parati.  
Ergo ubi se Ruben victusq; volensq; remisit:  
Consilijs capiunt socium, & diducitur omnes  
Mens trepidia in curas incertis, quomodo noctem  
Fraudibus obijciant, ne discolor occupet aures  
Fama patri, & dictis de nati sorte relatris  
Desit forte fides, vltro citroq; peracta  
Hec vice sermonum tandem sententia sedit.  
Tristem ad conspectum miseri genitoris ituros  
Isacharum dictis ciò Sebulonaq; formant:  
Et picturati laceratas tegminis oras  
Caprigeni pecoris crux imbuit, omnia tingens  
Mille notis morsus rabidi, sine teste probandi.  
Ante gradum ergo ferunt missi, data signa gerentes,  
Ac maior capit ante locum, cunctosq; repente  
Nuncius in testis, & nunquam tale timentem,  
Rumore horribili patrem saeuissimus implet.  
Mane cruentatam per devia perq; malignos  
Vestem filiæ aditus inuenit odora canum vis.  
Tector dulce caput: nisi, te penes, esse relictum  
Rabelidem norim, charum tibi, quando perebam

B 4 Pascua



Pascua cum reliquis, velamen id illius esse  
 Crediderim, patrem super his tamen ecce monendum  
 Duximus, ut, frater si quid sit passus ab hoste  
 Forfitan in silua (quod Dij tamen omen in ipsum  
 Conuertant) monitis fungamur, in arma ruentes.  
 Sic ait, ac chlamidem, maculis & sanguine tintiam,  
 Explicat. At genitor sœui monumenta doloris  
 Exuñasq; oculis simul atq; miserrimus hausit,  
 Dirigit, steteruntq; come, pressosq; cucurrit  
 Persensus stupor, & nibil est in imagine viuum:  
 Deuorat ipse dolor lacrymas, vocemq; coeret.  
 Vix tandem attronita paullum se mente recepit,  
 Et voci laxata via est lacrymisq; dolore.  
 Prob superis exclamat proh cœlū ac terra, per orbē  
 Estnē adeo infelix alius pater? impia nosco  
 Signa feræ, natum rabidam condentis in aluum:  
 Bestia fave trahit diuulsum, bestia fœua:  
 Bestia dat morsus dente atro, bestia fœua.  
 Hæc pietate graui, longoq; labore meremur?  
 Audiat hoc æther, & si Deus ullus in aethere.  
 Heu cura, heu dolor, heu stupor, heu lacrymæ, heu sin-  
 Fluibus asperior tumidi maris, acrior igni. (gultus  
 In quamcumq; domus aduerto lumina partem,  
 Angulus omnis habet luctum: sors debita nostræ  
 Hæcne erat ætati? requiesnē hæc digna senectam  
 Excipit?



Excipit? hæcne fero solatia mortis ad umbras?  
 Sum ( quis enim neget hoc? ) infelix: vsq; manebo  
 ( Quis dubitat simul hoc? ) infelix, funditus occidi.  
 Heu quid agam? quantum pater hic patre distet ab  
 Qui Syriae gressum comitatus ab orbe ferebat ( illo,  
 Progenie incolumi, qui gaudia corde fouebat,  
 Ordine per natos dispensans oscula dulci  
 Bis senos, coniunx ô terq; quaterq; beata  
 Morte tua: rapta es nece, ne quid tale videres:  
 Fata ego viuendo mea rici, & demoror annos,  
 Nec finire datur curas cum luce sequaces.  
 Tenē idē coniux mihi, posse concepta tot agrē  
 Vota, dedit partu tandem, dulcissime nate,  
 Ut trucibus date prada feris, dulcissime nate,  
 Vulneribus vitam crudelibus exhalares?  
 Heu quia nam solum sub tanta pericula misi,  
 Nec iunxi comitem? quæ me dementia cepit?  
 Cur vitam iniuisam moror amplius? omnis adesto  
 Huc fera, me petuo morsu, me figito dente:  
 Morte mihi liceat vitam nunc edere eadem.  
 Heu mihi, conuulsos artus, disceptraq; membra,  
 Et funus laterum quis habet locus? ite, redite  
 Per nemus omne viam, saltus explete vagando;  
 Si quā fortè ferant oculis sese obvia vestris  
 Errabunda feræ vestigia, forsitan ossa,

B 5

Et quic



Et quicquid superest de corpore, semita monstrat,  
 O legite exanimis artus mihi, disq; supatos:  
 Reliquias referam tumulo, & solatia lucius  
 Exigua ingentis capiam, sed debita, saltem:  
 Incubensq; loco, signatum in marmore, nomen  
 Perfundam lacrymis, supremaque munera soluam.  
 Quid loquor? aut ubi sū? nūc te fata improba tan-  
 Is acide infelix: decuit tum, quando iubebas (gunt,  
 Pignus inire viam tibi dulce, reflectere mentem.  
 Si placet, ut mæror letho mihi lumina soluat,  
 Summe Deūm, in caput hoc potius tua fulmina mit-  
 Si pereo, manibus Ioue perijisse iuuabit, (16.  
 Et potero miseram solari deniq; mortem  
 Ipso auctore necis. Sermonem his vocibus ille  
 Abrumpit lacrymans: atq; inter talia, nati  
 Collapsum aspiciunt, qui cum clamore petebant  
 Limina, se moesto referentes lumine ab agris.  
 Exanimem, scissumq; sinus, vulsumq; capillos,  
 Pulueribusq; caput fædatum & pectora pugnis,  
 Suscipiunt, interq; manus sub strata reponunt  
 Pallentes, & quæ possunt, solatia dicunt.  
 Forsan carpit adhuc auras puer, inquit. Iudas:  
 Illi fortè, procul viso latrone, parata  
 Subsidio primùm subiit fuga, tarda vel ipse  
 Tegmina reiecit tergo, vel lapsa reliquit,

Dente



Dente quibus dedit visa notas, impressit & ora,  
 Cæde recente bouis fumantes oblita rictus.  
 Corpus in absentis sub ueste exercuit iram.  
 Credo equidem (neq; nulla fides) mangonibus iſſe  
 Seruitum Arabia, raptum de more: profectos  
 Vidimus e ſpecula cuncti transmittere curſum  
 Agmine densato, & glomerari puluere nubem.  
 Parte nurus alia curant mala voce leuare:  
 Tendenteſq; ſeni paruorum mæſta nepotum  
 Ora, effunduntur lacrymis, vrgentibus vltro  
 Ne pater ille domus fatiſ incumbere pergar.  
 Manzidas quoq; nulla tenet mora, fædere iunctos  
 Hospitiij: quò te vis prouehit iſta dolendo?  
 Quisq; rogar, simul: ecquis erit modus? Iſacus iñſit,  
 Colla fouens folio, fuſusq; in pectore barbam:  
 Datq; pios monitus genitor, consumptus ab annis.  
 At licet emora cura pulſusq; parumper  
 Corde dolor, pugnant fruſtra tamen arte medendi.  
 Exitium ſuperabat opes, id nocte dieq;  
 In lacrymas, ac dat plangorem puluere turpans  
 Caniciem Iſacides, ſpaciosumq; increpat euum,  
 Et vitam in tenebris trahit in luctuq; perennem:  
 Nec rurſum iñſtitui mens vlla ad gaudia nouit.  
 Quid? ritu iñſtruitur quid iniquo funeris idem  
 In luco, cineriq; dapes ac triftia libans

Dona



Dona, vocat manes ingenti voce supremum  
Iosephi ad tumulum, quem saxo & cespite inanem  
Constituit, causam lacrymis, structumq; cupresso  
Intendit tumulum, nil, praeter nomen, habentem:  
Atq; dat inferias, & inania munera mittit:  
Affususq; iacet monumentis, sculptaq; saxo  
Nomina complexus, fletus in nomina fundit.

PRIMI LIBRI IOSEPHIADOS  
FINIS.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

IOSEPHIADOS  
LIBER II.

Osephum interea populi mercator Eoi  
 Aſportans, laetiſ ſeptena per ora ruen-  
 tem  
 Cursibus ad fluuium ſuccedit: & inter  
 eundum  
 Cuncta ſuos ita vota Deos miratur habere.  
 Quisq; viatorum viſo, genus eſſe Deorum,  
 Mancipio, exclamat: non Eurus, opertus arena,  
 Terra iſſultat equis: ſed tempore parcit ab illo  
 Pulueribus globus actus agris caligine volui:  
 Sez̄ fauente calor duriſſimus æthere frangit.  
 Sub pedibus per agros quoq; per nemus, omnia riđet,  
 Et lux, tarda prius, citius diſcedere viſa  
 Continuumq; viæ curſu breuiore laborem  
 Fallere. Dumq; vias emenſi, ac fasce leuati  
 Quadrupedes Arabum ſub mænibus vrbis aquatetur,  
 Memphis vbi attollit vastis ſe regia rectis:

Se multis



Se multis affert comitantibus acer ab arce  
 Potiphares, aulæ simul armorumq; magister.  
 Curat is è gregibus, perfusis flumine, fortè  
 Instruxisse domum luxu, numerumq; recenset.  
 Parte alia Marti spectando impendere curam  
 Idem instat: dum pars iuuenum per rura lupatis  
 Ora exerceat equum gyro, cogitq; sub orbe  
 Insultare solo, pars verbere curribus instat:  
 Pars docet alipedes pede carpere prata fugaci,  
 Pars valida inter se tentat decernere lucta,  
 Fidere pars arcu dicit, versisq; sagittis.  
 Hinc igitur gressum reuocataq; lumina postquam  
 Praeses ad Æthiopas tulit, ac metitur adactis  
 Expositas merces oculis: en quale videtur  
 Hoc tibi mancipium? mango huc prior occupat ore.  
 Non (ait ille) malum certè. Et mox, talia fatus,  
 Ære dato, Hebreæ præstantem stirpis aluminum  
 Accipit ipse manu, firmans hoc pignore mentem.  
 Inde dedit dono virgatam auroq; rigentem  
 Synthesin, & pictis instratum terga tapetis  
 Iussit equum duci puero: quem, nomine magni  
 Muneris Eunuchiq; vxori misit habendum.  
 Ille caput, comites inter, detectus honestum,  
 Osq; Deo similis, dat, qualis gemma, nitorem,  
 Aut collo decus aut capiti, qua diuidit aurum:

Vel



Vel radijs affusus ebur Sol quale lacescit;  
Inclusum artificis manibus buxo, aut terebintho.  
Omnis eum tectis effusa agrisq; iuuentus  
Prosequitur visu longe, & miratur euntem  
Aeronitis inhians animis: donata superbo  
Munere, præcipue noua pectori gaudia fuit  
Pulcra ducis coniunx, cui sit deuota furori,  
Nondum percipiens, placida vestigia iuxta  
Fecerunt Charites: pennis Spes nixa serenis,  
Et cœli Fauor, & Virtus spectanda decorè;  
Et Vigor ingenij, Daphne a fronde reuinclus,  
Agglomerant lateri, & condens se Fama sub astris.  
Et iam tempus erat, quo mox argenteus albo  
Hesper equo excubijs rursum & statione tenere  
Siderem versi portam molitur olympi:  
Cum sese Domino tulit obuius ille reuerso,  
Observans, quæ signa ferat dux, totus in ipso,  
Qualis, ubi Oceano perfudit Nostifer ora,  
Emicat in cœlum saltu, Lunamq; salutat.  
Inde domi accingit iussis operiq; fidelis,  
Nec dees officio, seu res obeunda labore  
Siue sic ingenio: curam cum laude virilem  
Ante annos animumq; gerit, cunctisq; benignam  
Se cæptis tribuit fortuna, hinc mitius ergo  
Poripharem iuueni felici temperat astrum,

Vt rudo



Ut rude donet herus paruo pōsc tempore seruum,  
 Insignem præstans & voce & mente fauorem,  
 Curandaq; domus vni vt transmittere summam  
 Annuat, auspicijs maioribus ilicet apte  
 Responder votis cerealis mergite culmi  
 Diues ager : prolem melius fætura quot annis  
 Sufficit inter oves, mittitq; in pasqua tauros  
 Densius : atq; opibus domus amplius alta renidet.  
 Lætior Autumnus fætus quoq; ponit in hortis,  
 Et pocla vberius vindemia temperat vuis :  
 Et soboles pendet formosior oscula circum :  
 Deniq; Potipbari cunei dant aulaq; plansum,  
 Et magis atq; magis sublimem gloria tollit.  
 Scilicet, alme parens, propter sanctosq; bonosq;  
 Munere prosequeris sape impurosq; malosq; :  
 Ac struere vt possit tibi dono altaria iustus,  
 Terra indigna bonis latè affluit, æthere missis.  
 Interea decies Sol circumvoluit annum :  
 Hic mutata fidem primùm fortuna nouauit.  
 Namq; videns, animo se vota caduca fouere  
 De nece Iosephi, noctis regina profundæ,  
 Cumq; dolore noui capiens spectacula fati,  
 Exiliij pñnam quod sororis honore leuabat :  
 Se contra iuuenem collegit rursus in arma,  
 Et erinem excutiens colubris, facibusq; coruscans,  
 Tarts

28.8.6

Tartaram intendit vocem gemituq; minisq;.   
 Heu genus inuisum : per catus , perq; pericla  
 Fata viam inueniunt , Stygijs contraria capiunt .  
 Esq; vero , cur non ludibria postmodo ventis  
 Dicta volent Furie , quæ profuit vna nocendo ?  
 Esse domi verui pastorem : penè fit unus  
 E ducibus Nili , quantum egi? vendicet æther  
 Antiquam faciem : sit parma inglorius alba  
 Vpilio . Surge Dux , iaq; ira sidera ponunt :  
 Veri aut vana feror , deuicti an numen Auerni  
 (Credo) jacet fessum ? aut odio saturata quieui ?  
 Exitij omnes mea vis immisit habenas :  
 Contra animis tamen exul ijt; , dimittere nescit  
 Spes animo afflictus : nec sane agitauit inanes .  
 Illius arma , fides , pietas , patientia , virtus :  
 Fretus ijs , pugnam vocat , & fert pectus in hostem .  
 Non tamen absistam , sed memet in omnia veriam .  
 Vincere si nequeo pugnando , maluq; premendo ,  
 Fraude vel illecebris iam vincam , exceperit istie ,  
 Faxo , ducis coniux Hebraum animoq; domoq;  
 Pedore dirus amor faxo astuet : inde pudicam  
 Sollicitare fidem donis Venus improba tendet .  
 Femina quid faciat , quid amans , quid læsa , patet .  
 Quæ pena tota esq; in imagine , fasq; nefasq;  
 Confusura : Deum vel captus amoribus iram

C Contraber,



Contrahet, ac pñnam letho persoluet adulteris  
 Sic ait, & cæcis in Heram se concitat alis,  
 In iudicij speculata locum, quo limine manè  
 Potipharis coniux de myrto & flore coronam  
 Idalia signo diuæ intendebat Temporar,  
 Dona ferens, peplum concha Sidonide pictum;  
 Heliadum lacrymas, distincta monilia gemmis.  
 Subdit ei ad pectoris depexam è crinibus anguem,  
 Graminibus pastam Stygij, quæ pabula nigris  
 Fonsq Acidalijs succus prius atq; veneno  
 Sparsit amantis equæ, tacito se vipera iraclu  
 Colligit in spiras, quam iactu immisit Erynnis;  
 Et per cuncta vagos orbes rapit inter amictus,  
 Inspirans animam flammis & amore furentem:  
 Nunc abit in formam cingentis tempora virtuæ,  
 Dissimulat colubram nunc aurum tortile collo:  
 Vulnera nulla facit membris, mens vulnera sentit;  
 Quam trahit in facinus furor impius. Utq; medullis  
 Turpis amor Dominæ magis atra incendia verset,  
 Serpentisq; malum totam furiale pererret,  
 Jacobidæ pulchram (monstrum mirabile visu)  
 Induit in faciem subitò sine viribus umbram:  
 Quæ caput auricomum, quæ frondis & oris honore;  
 Quæq; habilem formam pedis, ac iuuenilia membra  
 Iosephi assimulans, blandos sine pectore vultus  
 Obtulit

Obtulit ardenti, vultu signisq; loquentes,  
 Spargentesq; genis violenti spicula amoris.  
 Mox aditum obsedit virgo Cocytia furtim  
 Abramide ad thalamos, vt ei quoq; toxica tandem  
 Verteret in pectus, vigilantibus excita curis:  
 Sed vicijs animus sublimior, atq; repellens  
 Tentamenta fide, conieclum à corde Draconem  
 Sustinet ære sacro clypei, & vim viribus exit.  
 At Domina, immisq; ab echidna saucia curis,  
 Vulnus Acidalio venis alit omnibus igne.  
 Spectat in Hebræo, positos sine lege, capillos,  
 Et: quid? ( ait ) si quis deducat pectine crines?  
 Ämula sideribus, per lumina vultibus hæret,  
 Et, que non vidisse putat satis, oscula, laudæ  
 Brachia, virgineaq; manus, & eburnea colla,  
 Et: felix ( inquit ) dat ijs quæ brachia circum.  
 Compositos gressus oculis animoq; secuta,  
 Fortunata( refert ) ad quam gradus iste fereatur.  
 Si qualatent, credit meliora: ignotaq; fingit,  
 Qualia vult demens, præcontrectatq; videndo.  
 Omnia pro stimulis facibusq; furoris & esca  
 Accipit, ac sagulum siue ille aptaret habendo,  
 In sagulo formosus erat: seu veste leuaret,  
 Iussa parans, humeros, vestem hac posuisse decebat  
 Iudice, se sifit: vocat apim, it: nominat Hermen.



Verice fert nudo sese, & vestigia gressu  
 Ponè vocatus heri legit, arcum & spicula gestans.  
 Quid video? (exclamat) Latona intonsa pharetra  
 Suspendit soboles humeris. De more ministrat  
 Pocula: sic iurat Ganymedem fundere vinum.  
 Deducit thalamo Dominum: potes esse Cupido,  
 Secum ait, & compos vix mentis, abire videtur  
 Tota sibi in flamas, furiosaque vota retractat.  
 Demissis lacrymis, ac suspiratibus haustis,  
 Deponit modo membra thoro, modo rursus in agrum  
 Se femur attollit: loca mutat cuncta vagando:  
 Angulus omnis habet noctem, qui non habet illum.  
 Saepse sequi fitto curat languore soporem:  
 Sentit enim, quod amat, dulci resoluta quiete:  
 Oscula dat, reddique putat, nec inania credit.  
 Ut mentem Stygio primum collegit ab astu,  
 Addubitans, vincinè ab amore, an vincere malit  
 Consilio, exegit sub pectore talia secum.  
 Alma Venus, tun' hunc ardorem mentibus addis?  
 An sua cuique Venus sit dira Cupido? quid egi?  
 Quoniam mente feror? quid vult sibi noctis imago?  
 Dixi, precor, & pietas tæde, sacrataque iura,  
 Hoc prohibere nefas: dumque haud es corpore, Imperfari,  
 Passa nefas, animo ne concipe, neve iugale  
 Concubitu retito nunc improba pollue fædus.

Quid



Quid trahis indignum labefacta per ossa furorem?  
 Hec quoq; tada potest, quod ames, dare: mitte negata  
 Et pete, quod fas est, & ama, quod nuptia iuberis.  
 Dij's forma ille quidem certat (licet audiat aether)  
 Et placet, & possem, si non sit seruus, amare,  
 Et me dignus erat: verum nocet esse maritam.  
 Spem tibi ius adimit: capit hæc & nutrit amorem.  
 Quid? quid in arbitrium res non cadit vnius ista.  
 Fac me velle: puer scelus esse, quod opto, videbit.  
 Finge placere mihi puerū: huicne placebo viciſſim?  
 Si tamen ille mei prior actus amore fuisset,  
 Forſitan huic animum culpa submittere possem.  
 Pectore consiliij flamas prudentis egenas  
 Excute, si poteris. Si possem, tutior essem:  
 Sed nouus inuitam rapt impetus, optima cernie,  
 Et suadet ratio: sed cæca libido repugnat.  
 O ego, si iungi mutato iure liceret,  
 Quam benè, Hebræ, tuo poteram nurus esse parentiz  
 Quam benè, Hebræ, meo poteras gener esse parenti.  
 Hei mihi: cur nasci nobis non contigit illuc,  
 Connubij nullo gentes ubi lege tenentur?  
 Cur male sum, quem tu Dominum, sortita maritū?  
 Quam tua non virtus in corpore tangat, & aetas?  
 Integra non moueat quam forma, ut cætera desint?  
 Gaudia quanta tuli per somnia? summa profectio



Deinde feram, tecum si verè gaudia iungam.  
 Ergone, qua thalami regina incedo superbi,  
 Blanditias adhibebo prior, noctemq; locabo  
 Ipsa rogans? poterōne loqui, suadere, fateri?  
 Coget acerbus amor, potero: vel, victa pudore  
 Si fuero, blandis dabo verba ferenda tabellis.  
 Aut, si nulla viam sors rexerit, ardor, amantem  
 Spectando saltē, tangendo, beando, loquendo  
 Annuet expleri, quia nil conceditur vtrā.  
 Prebit ab his vocem, lacrymæ sunt dicta sequuta:  
 Et modo posse frui desperans, ventilat ignem  
 Hoc ipso: modò vult tentare, pudetq; pigetq;.  
 Expedit, & quid agat, non inuenit: ardet, & alget.  
 Vastaq; trabs veluti, quæ ferro accisa minatur,  
 Quò cadat, in dubio est, quando ultima vulnera re-  
 Nutanti ambiguas ita iactat pectore euras. (stant:  
 Infelix agitur malesana in tædia vita:  
 Incubensq; thoro, cum vita exceedat iniqua  
 Pectore cura meo, date Dij, vos alloquor: inquit.  
 Per rimam his datus es verbis nutricis ad aures  
 Transitus, ante fores thalami quæ limina seruat.  
 Exeuſi manibus radij, & calor ossa reliquit.  
 Amplexuq; dato, per canos, vbera nudans,  
 Perq; alimenta, tulit quæ prima, precatur alumnā.  
 Auribus ut turris deponat, quicquid acerbi es.

Illa



Illa filens gemitum dabat, auersata rogantem,  
 Desixosq; solo vultus auersa tenebat.  
 Vocibus instat anus supplex: non spondeo tantum,  
 Nata, fidem, auxilio quoq; nostra erit apta ferendo  
 Sedulitas, laesa es? magico lustrabere ritu.  
 Mora es? ira Deum? pacem exquirimus in aris.  
 Discede (ista refert) aut desine: nosse laboras,  
 Quod scelus es?, moriar, seu dicam, siue tacebo:  
 Atq; necis caussam praestat finire tacendo.  
 Tum verò tremulos annisq; metuq; lacertos  
 Cum prece tendit anus: si te malus ardor & error  
 Forsan habet, vel te fortuna optata sequetur,  
 Herbis & magico vel amore carmine soluam.  
 Nutricis gremium lacrymis perfudit Iemp[s]ar,  
 Obienditq; genis vestem pudibunda recinctam.  
 Ter conata loqui es?, ter votem visa tenere:  
 Cum tandem, ô facies Josephi, numine digna.  
 Dixit, & erubuit, pressuq; cubilia ruliu.  
 Horrorem at custos traxit longa uia per artus,  
 Multa mouens animo, dum talia vota moratur  
 Lex temeranda thori, & violandi coniugis anima.  
 Murmura dat rieu sage, auxiliaria primùm  
 Carmina voce mouens, Circeasq; aduocat artes.  
 Verum ubi nulla datur cantu exuperare potestas  
 Consilium Stygius, & furor acrior astuat intus:

C 4.

Quin



Quin firmas animum, teq, ipsa recolligis (*infert*)  
 O mea? nam potiere tuo: non ausa, ministro,  
 Dicere, furtiuis, ignem confessa latentem,  
 Littera ducatur ceris: implebit amorem,  
 Nocte data, Domina: non es in vultus in illo,  
 Non es in tenera tam dura superbia forma.  
 Extulit illa caput lecto, cubitoq, leuata,  
 Verba tremente parat componere nuncia dextra.  
 Læua tenet tabulam, ceras arat aleera ferro:  
 Quid velit, ignorat: scribit, deletaq, mutat:  
 Elegit, ac dubitat: probat, improbat inde tabellas,  
 Inq, vicem positas sumit, sumptasq, reponit:  
 Hinc pudor ore notas, illinc audacia dicit.  
 Scripta Hera iam fuerat: sed herilia nomina visum  
 Delere, atq, notas ceris committere tales.  
 Qua, nisi tu dederis, sine fine salute carebit,  
 Virgo hanc mittit amans, nomen ne quere doceri:  
 Caussa meo mea posset agi sine nomine vellem,  
 Nota nec ante forem, quam votum pondus haberet,  
 Gaudia principium nostri sunt, crede, doloris.  
 Plurima, cum dono datus es mihi, gaudia cepi,  
 Namq, dat oris honos virtusq, ut dignus ameris:  
 Sed non mens votum sub amore hoc fecit ineptum.  
 Ad luctum recidunt nunc gaudia: dumq, negatum  
 Plus, quam credis, amo, dolor heu persedit ad offa.

Signa.



Signa quidem læsi cordis tibi mittere vultus  
 Tristior, & lacrymæ poterant, & pallor in ore,  
 Ardentesq; oculi nutus ( si forte notasti )  
 Et macies, nec non suspiria mota frequenter :  
 Ipsa tamen, quamvis vulnus graue mēte gerebam,  
 Idaliusq; iecur descenderat iclus in imum,  
 Nil intentatum potui vel linquere inausum  
 ( Iuro Deos ) vt amor mihi parceret arma mouere,  
 Crimen vt effugerem, mens tandem vt sanior effec:  
 Plusq; tuli, quam ferre putas cor molle potesse.  
 Vicit hyems cymbam, conuulsam turbine & vndis :  
 Auxiliijq; inopem tempestas, horrida nimbis,  
 Me, Iosephe, preces adigit descendere in omnes.  
 Dum licuit, sociam colui sine crimine vitam  
 Hattenus, & thalami non vñquam iura fefelli :  
 Nescio quod, nunc esq; intra me numen, id obstat.  
 Si, qua te peperit, pulcerrime, qualis es ore,  
 Talis erat, meritò tum Iupiter arsit in illa.  
 Felix, si qua tibi soror esq; , qua dulcia sumac  
 Basia : sed longè felicior, oscula nupta  
 Si qua tibi dederit, teneris infusa lacertis.  
 Per lacrymas igitur, quas h̄c fecisse litoram  
 Aspicis in tabula, tua per, iaculantia flamas,  
 Lumina, que penitus ceperunt nostra, per istam,  
 Quæ facit, vt supplex herafim tibi perdita, formam,



Per, si quid merui de te benè, perq; potenter.  
 Oro te, Venerem: fer opem, tu solus amantem  
 Perdere, tu seruare potes: miserere: tabella  
 Quod petit, hoc Dominam præsentem crede precari.  
 Non rogat hoc inimica tibi, sed amicior esse  
 Quæ tibi deinde cupit, quamvis sit amica ter atq;  
 Amplius, audendum est in amore: per æthera diu  
 Rident connubij periuria, dantq; salutem.  
 Dura senes legum iurisq; examina seruent,  
 Et, quidnam liceat, querant: nos cuncta licere  
 Credimus: ac, vitam Venus ut temeraria tractet  
 More Deum, fas est, latæ sub flore iuuentæ.  
 Conscia furorum loca Diis sunt cuncta: quid ergo  
 Exigere humanos vetat ad cœlestia ritus?  
 Ne quoq; custodes coniux mihi ponere tentet,  
 Hand est, quod metuas, hoc furtum nesciet ipse:  
 Famaq; si fuerit, sunt ô sunt iurgia tanti?  
 Blandicias dicam, lacrymas dabo: ponet is iram.  
 Plura quid? ô Veneri sine ponere vota, fatentem.  
 Et non fassuram, nisi vis me tanta maneret.  
 Redde vicem ardori, nisi rupe es & aequore natus,  
 Talia cera manu perarantem extrema reliquit:  
 Tum legit ac relegit, gemina sua crimina signans.  
 Quam rores oculi, non linguae tinixerat humor.  
 Nutricemq; vocans, porta has fidissima nostro,  
 Inquit:



Inquit: & adiecit longo pōsc tempore, seruo.  
 Porrexit: cecidere manus, pariterq; tabellæ.  
 Spes etiam cecidit: misit tamen, eligit aptum  
 Illa locum & tempus, dein verba latentia tradit.  
 Lepta parte, genis ira ingenuusq; ruborem  
 Subiecit pudor, & iuuenis, scelerata rogantes.  
 Discutiens tabulas repetito marmoris ictu,  
 Anno sum duro caput ore precesq; repellit.  
 Quæ te victa situ curis, anus, hisce senecta  
 Exercet? fuge turpe caput: prius ipsa necatum,  
 Quam sotent aspicies, poenas iam morte dedisses,  
 Ni tecum traherent nostrum tua fata Pudorem.  
 Dixerat, hæc plus quam studio celerabat anili  
 Muta gradū: pedibus timor addidit improbus alas.  
 At virgo, ut sensit, crudelia dicta referri,  
 Sunt oculis medium tenebræ per lumen obortæ:  
 Membraq; deuoluens in humum, sine pectori clausit  
 Vocis iter, rigidus stupor & circumstetit artus.  
 Vt tamen ad se redijt, rediere furores.  
 Oraq; vix, istis ito aère vocibus, biscunt.  
 Nec sanè immeritò, quid enim temeraria feci  
 Vulneris indicium, quod erat sub corde tegendum,  
 Verbaq; mandauit properatis impia ceris?  
 Cur prius ô animi tentamina nulla per artem  
 Vocibus ambiguis pepigi, prius aëra captat

Auribus,



Auribus, atq; norat stellas, quām classibus Austros.  
 Nauta dat; in scopulis nunc ergo latentibus hæres,  
 Quærit iter frustra puppis mea flectere velis,  
 Non exploratae quæ carbasæ præbuit auræ.  
 Quid? quod, ut abnuerem vetito indulgere labori,  
 Omine triste dabant signum, & Deus ipse monebat.  
 Quando remissa manu cera & spes hausta fluebat.  
 Nonné dies fuerat mutandus, nonné voluntas  
 Maius adorsa nefas, nisi mens mihi lœua fuisset?  
 Nā nec amat iuuenis, nec (quod dolet) optat amari:  
 Verba superba ferox factis immutibus addit.  
 Debueram blandis tamen ipsa accedere dictis,  
 Et molles adhibere preces: cur vana peregit  
 Charta vices linguae? propiore eorū igne calescit,  
 Et magis illa mouent, quæ vidimus, vsq; paratum  
 In statione sua, deiectis ducere fletum  
 Luminibus noram, nec non componere vultum  
 Luctibus, ac tristi plures dare voce querelas,  
 Quām quas cera capit, nexis pendere lacertis  
 Inuiti potui collo: & si forsitan asper  
 Excutere amplexus, adductaq; brachia collo  
 Soluere tentasse, potui moritura videri,  
 Ing; tua mors est mea vitaq; dicere dextra.  
 Cuncta peracta forent; ac si non singula, certè  
 Omnia, corde super flectendo, pondus haberent.

Sustinet



Sustinet h̄c etiam culpam fortasse ministra:  
Spreuit, qui dexter rebus modus esset agendis,  
Nec fandi, credo, molissima tempora legit.  
Hinc mihi tanta mali labes: hinc passa repulsam  
In luctus animum cogor dare, meq; diemq;  
Oāisse: haud etenim stat honesto in pectore saxum,  
Supplicis ut precibus substringere negligat aurem  
Quid superest ē igitur, nisi conscientia pectora ferro  
Induere, & seuas restinguere sanguine flamas?  
Sed prius in lacrymas iterum tamen ibo precando,  
Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquam.  
Si capere incepit iam tadia sera liceret,  
Non adhibere manus, primum fuit: ergo secundum  
Nunc erit, & velis & remis fortiter vti.  
Esto: erit, vt forsitan mea vota relinquere coner,  
Et redeant victo sensus in corda furore  
Num uero domine quoq; erimen id hospes in undis  
Immemor aut uenit scribet? si cesso, quid obstat  
Ulterius, ne uel leuis ac temeraria dicar?  
Vel non iusta Deo, sed capti libidine credar?  
Vel puer insidijs se iudicet esse peritum?  
Deniq; nil restat mihi criminis: urbis & ussic  
Corda nefandus amor: proieci insana pudorem:  
Me famae haud tenuit reverentia: fædera laesi  
Coniugis: est temerata notis precibusq; uoluntas:

Nec



Nec superes ē quicquam, quo dici innoxia possum.  
Tales rupit amans incerto pectore questus.  
Tantaq; cordis erat discordia: mente rerractat  
Tentatos aditus: piget, ac libet: audet, & horret:  
Annuit, & dubitat, iussorum hinc fida datorum  
Cum precibus fletus fert hosce refertq; ministra.  
Sed ventis data vox a cadunt: Dominaq; proteruis  
Responsare puer curis & amore recusat,  
Nec pietas voces tractabilis accipit aure.  
Ac velut, inter se cum flatibus atq; procellis  
Glandifero certant hyemes incumbere luco,  
Irritus it stridor cælo, concussaq; circum  
Robora vis præceps Aquilonum prælia tollit:  
Vocibus haud aliter frustra vndiq; tunditur heros.  
Se teatus virtute tenet: tellusq; profusa  
Surda bilit lacrymas: ac spem rapit amnis & aura  
Parcit is alloquijs, oculis, contactibus, astu,  
Nelato illecebræ culpis dent ore fenestram:  
Propositumq; premit. lethum pro laude pacisci  
Stat potius, vacuum sceleris. Deus ipse ministrat;  
Indulgens votis, animum, sit ut omnia supra.  
Ergo ubi, ne quicquam dictis experta negantem,  
Contrâ stare videt Iosephum hera, vieta dolore,  
Certa mori, secum letbi tempusq; modumq;  
Exigit, ut noctu vitam efflet ab aspidis istu.

Quam



Quam nutrix tali voce esq; agressa dolentem:  
 Quid mirum, si se trepido ferat ore pauentem  
 Ille in amore rudit, nulloq; cupidine tactus,  
 Incertusq; tui pariter, timidusq; pericli?  
 Ergone proijcies animam, sopita veneno?  
 Quin ceptum meditaris iter dimittere nunquam:  
 Nam tibi tempus erit, quo cū prece brachia tendat  
 Viatus amans genibus, pacem exercemus, & arma,  
 Hec in amore rota est: es adhuc noua miles, vt vna  
 Iste puer, quid? amor contingit dulcia felle.  
 Forsan hæc etiam te cura subiuit amantem;  
 Proprio Veneris sine numine: filius inde  
 Diuersorum operum duo neruo spicula misit.  
 In iuuene obtrsum fixit, plumboq; grauatum:  
 In te conspicuum prætuta cuspidē & auro.  
 Supplicibus diuam donis superare memento:  
 Sic, Epaphi posq; quam lux festa induxit ortum,  
 Vi cursus facili tua vela vocabit in altum,  
 Et Venerem sine teste domi tractare licebit.  
 Arresta his animos monitis nutricis Iempſar,  
 Lucifer, opto, diem mox istum prouocet, inquit:  
 Sacra Dionea matri superisq; feremus  
 Interea, positog; genu venerabimur aras.  
 Postea lux radijs ortum extulit, aethera luſtrans.  
 Vota quid ista velint, ignarae, ac dicta sequutæ,

Succedunt



Succedunt adytis longo Isidis ordine matres :  
 Dux fert se medium pilento, ædemq; uaporat  
 Thure dato, & fibras pecudum rimata micantes,  
 Non intellectas fundit de limine uoces.  
 Demissus uultum, dominæq; suiq; misertus,  
 Infert se socium Iosephus ad Isidis arcem.  
 Inde pedem reuocans ( nam uotis odit adire  
 Numinis ignoti pacem ) inter sacra patronam  
 Poscere iam ueniam diuos, animiq; furorem  
 Submisso putat : Numenq; ut mite , precatur,  
 Confessæ pateat. Contrà at complectitur illæ  
 Corde & uoce preces, incenditq; omnia uotis  
 Sidera, dent cursus in amore ut læta secundos.  
 His lucem precibus condit sacrisq; sequentem,  
 Dein aliam, atq; aliam , donec per Osiris ædem  
 Expectata dies aris imponat honorem.  
 Iamq; sacerdotes , euincti tempora fronde,  
 Festa celebrabant crepitantibus annua sistris :  
 Bosq; recuruatis inductis cornibus aurum,  
 ( Indigenæ dicunt Apim ) ad delubra triumphos  
 Ducebat, nuruum cingente uirumq; corona.  
 Nigra is membra gerit: quadrato in fronte serenam  
 Duxit imago notam candore : extrema colore  
 Terga Aquilam reddunt formaq; : horrente duobus  
 Villorum ordinibus cauda uestigia uerrit :

tunc vnl

Cantharus



*Cantharus in lingua diuī ultima signa peregit.*  
*Agminibus latē glomeratis semita feruet :*  
*Sipatusq; suis gaudet quoq; Potiphar, inter*  
*Niligenū primos, adolere altaria donis.*  
*Sola, domi Abramida solo seruante, maritum*  
*Nupta dolis capiens, haud puplica sacra frequenterat:*  
*Consilium ficto tegit ore, petitq; cubile.*  
*Salue ( ait ) exoptata dies mihi terq; quaterq; :*  
*Tu poteris tandem curis imponere finem :*  
*Tu poteris digno prætexere nomine culpam.*  
*Nec mora: frōte tumens, flāmas vomit ecce pyropus,*  
*Fronte modō incompta, signumq; doloris habente.*  
*Chrysolithus nudis illudit deinde papillis,*  
*Aurea vincla gerens: auroq; recinctus & ostro*  
*Per latus ac humeros demissos ardet amictus.*  
*Ardorum Dominae securum, nilq; timentem*  
*Mox iuuenem ad fessū vocat, & sic fatur ad aurem,*  
*En ego, quam vana roties spe ludere es ausus:*  
*Affice, ut ora modis atollam pallida miris?*  
*Gaudia quid differs? pete dona, perita tenebis.*  
*Fallor? an abnutas? nescis, quid fæmina, nescis,*  
*Possit amans: quid herā tandem experieris in armis?*  
*Commoda si flectunt nil mentem, incommoda flectat,*  
*Heu cadit in Dominam tantum scelus? excipit ille.*  
*Non ita, fas ut erit, benefactis gratia tantis*

D Digna



Digna rependetur: fuero cane peior & augue:  
 Quid loquar, æterno famæ discrimine ut omne  
 Fas thalami abrumpas? non sum, me iudice, tanto  
 Deniq; iampridem violati in limine Diræ  
 Numinis apparent, in pænam ob crimen ituræ:  
 Omnipotens ventis genitor me fulminis afflet  
 Ante, pudor tua quam iura intemperate resoluam:  
 Sermonem his monitis abrupit, seq; parauit  
 Ausferre ex oculis, ea summo corripit artus  
 Impetu nuda thoro, decorisq; oblita pudici,  
 Es meus, exclamat, meus es, te vis mea fallit  
 Vi potiar, quo non dabitur per vota potiri.  
 Quo te quo rapies? hacq; inter dicta tenebat  
 Captatam manibus chlamydem, cupidosq; negatum  
 Pectus ad ysg; sinus, et ad os premere ora volebat:  
 Et sua ni proprius firmasset numina cœlum,  
 Vix lucta iuuenis muliebri victor abiret.  
 Inuictum iuuenis scit pectore robur in hostes  
 Concipere: at Martem si vult inuadere blandam  
 In Venerem, hic animis opus est, hic pectore firmo.  
 Sed pins Isacides ardenter, ac prensa trahentem  
 Pallia dum ferri male numine vidit amico,  
 Maturare fugam sagulo quid cesso relicto,  
 Dixit: et in verbo dedit extra limina saltum.  
 Hic verò, precibus consumptis, atq; repulsis  
   *Viribus*



Viribus, altus heræ furijs exarsit & aero  
 Felle dolor, pariterq; tremor penetravit ad ossa.  
 Brachiaq; intendens astricta, & passa capillos,  
 Stravit se resupina thoro, soluitq; rigore  
 Corpus inane animi stupor, imo per ossa receptus.  
 Reddida lux menti simul es, prob Iupiter, inquit,  
 Ibit hic, & nostris illuscerit aduena captis?  
 Non arma expediam? tuleritne impunè sub auras  
 Perfidus hanc noxam? fors talia dicta resutet.  
 Quis, dolus an virtus, thalami in consorte requirat?  
 Sic ait, ac dirum clamorem ad sidera tollit,  
 Quo domus intremuit, gemitu questuq; repleta,  
 Non aliter, quam si flammæ per tecla furentes  
 Omnia voluantur, nec spes fortunæ detur.  
 Ocius omne genus tectis matrumq; virumq;  
 Excitum ruit ad sedes, & limina complet:  
 Omnes iste dolor tangit, pœnasq; reposcunt.  
 Et iam finis erat sacris, festinus ab aris  
 Cum gressum retulit coniux, nuptamq; reuicit.  
 Egregia exemplö, questus lacrymasq; profundens,  
 Virgo, metu indicij simul offensaq; repulsa,  
 Arguit Hebraum voluisse, quod ipsa volebat,  
 Criminibus versis: nec molliter aggerit iras.  
 Hanc, si forsan opus teste es, ait, accipe vestem:  
 Immemor huius enim, sese in penetralia iactu,



Me clamante, dedit, lacrymanti & multa querenti  
 (Credula res amor est) deceptam is prabuit aurem:  
 Præcipitatq ardens Domini furor iraq mentem.  
 Asper, acerbè tuens, vagina dirigit ensim,  
 Itq in Jacobidem mucrone, per atria vasto  
 Consurgunt gemitu fidi & clamore sodales,  
 Potipharisq manum subeunt, gladiumq morando  
 Sustinuisse parant, veniam per vota rogantes.  
 Annuit hunc pariter defendere virgo furorem,  
 Caussa mali tanti, & plagas mucrone ferentem,  
 Continuit dextra, faciem miserata decoram.  
 Imò, ait Abramides, haec per præcordia ferrum  
 Exige, si merui: me nec temerasse pudorem,  
 Nec violasse fidem, iuro mare, sidera, terram.  
 Sed si non capiunt inclusas pectora flamas,  
 Et dextram atq oculos frustra protendo precantes,  
 Mèbra quoq hec telo pete, quæ vocat ira, sequutus.  
 Qui virtute perit, sanè haud perit. Istius ora  
 Cur non opprimitis? Dux increpat, omnis adesto:  
 Protrahite ô pedibus nebulonem, pedite pugnis,  
 Compedibus mandate, nocens compingite in antrum.  
 Ilicet obruitur numero miser: ocyus affert  
 Se pedibus Sparax, Colaphus, Turbalio, Sanga.  
 Hic rapit, ille trahit, ligat hic, petit ille flagello.  
 Jacobidae hic finis fatorum in Präsidis arce:

Perq



Perq; tot annorum curas, quas anxius egit,  
Vinctus heram memorem sic fecit herumq; merendo,  
Qui caput hostili prece detestatur honestum.  
Haud tamen innocuo cessit fiducia captio  
Solari pietate metum, virtute laborem.  
Numina magnaciter votis, tristesq; sub imo  
Corde premit gemitus : astra, inquit, conscientia sunto.  
At non hac nullis hominum Diuumq; repertor  
Observans oculis, Natum demittit ab alto.  
Quem vinctus, tacitis suspendens vota labellis,  
Nocte super media manifesto in lumine vidit  
Mesta loca intratem, vocemq; hanc auribus haustis,  
Omine firmatus mentem, inuigilasue, Deum gens,  
Iosephe? inuigila precibus, per iniqua memento  
Durare, & rebus temet seruare secundis.  
Non hic mortis erunt metæ: ad maiora remittere  
Omnipotens opera, & te mox tua fata vocabunt,  
Candidiora niue, & nullis obnoxia duris.  
Sic fatus, subito nocti se immiscet opacæ.  
Vultum ibi forte sua coniecerat arbiter illuc  
Carceris : ecce autem, trepidantia fulgura mittens,  
Luce noua turrim percurrere visus ab antro  
Nimbus, & indicium præsentis mittere diui.  
Ergo sub hac: Deus, ecce Deus: sub carcere clausum  
Fortuna insequitur non digna, capitq; profecto

D 3 Crimi-



Criminis hanc ficti pœnam dux, concitus ira.  
 Subsidio insonti captiuo Iupiter ibit.  
 Reginus ex illo manicas & dura leuari  
 Vincla iubet custos iuenci, simulataq; discens  
 Crimina, in innocuum mentem accipit inde quieta,  
 Eductumq; epulis adhibet melioribus vtrò.  
 Quin & consilijs auctorem, orfisq; magistrum  
 Omnibus ille capit, si quando vocare nocentes  
 Cogitur ad pœnam, dare ins, aut dicere legem.  
 Et quacunq; sibi fortuna fidesq; dabatur,  
 Vnius in gremio posuit feliciter omnem.  
 Sic igitur medias quoq; prospera carceris umbras  
 Dispulit Aura poli, scintillis molliter actis,  
 Signaq; lata fauor cœli extulit: aurea donec  
 Gloria Iosephi constantibus æthera pennis  
 Carperet, ac per iter fors lætum agitaret habenas.  
 Interea verò spes arripit omnia solers  
 Tempora, quæ duris finem dare posse videntur:  
 Quippe ut Numen amat sisos, sic odit inertes.  
 Frugibus immisti sub suspicione veneni  
 Pistorum primus, pincernaq; regis ibidem  
 Captiuus simili pœna commissa luebant:  
 Quos inter iuuenis, per acerba metusq; peradum,  
 Detinuit sermone diem, curasq; resoluit  
 Sæpius alloquo, mærenia pectora mulcens.

Tristis



Tristis ad hos ambos ibi Nox insomnia misit,  
Spemq; metumq; simul portantia, cornea rectum  
Porta ubi præbet iter, vanis imperuia visis.  
Rupit utriq; tremens somnum pauor, ossaq; sudor  
Corpore perfudit toto proruuptus; & inter  
Se multa attoniti vario sermone ferebant,  
Atq; volutabant euentus pectora cacos.  
Mane videns mesto figentes lumine terram,  
Et capite obstipo curam sub corde prementes,  
Quid tristes, puer, estis? ait. ne sitis. an omen  
Nox dedit hæc timidis fortuna, somnia portans?  
Dicite: conijcam vobis ea forsitan augur.  
Hic pincerna prior resecutus voce rogantem:  
Somnia junt aliquid, neq; semper inania sensum  
Deludunt, quoties prohibent consistere mentem.  
Vitis palmitibus ternis intexuit ulmum,  
Vuida mox grauida propagine gemma tumere  
Capit, & explicuit frondes (nam ritè recordor)  
Pampinus, atq; vix duxerunt sole colorem.  
Inde manu Bumaston ouans pressante subegi,  
Impleuitq; manum regis scyphus, auctus Iaccho:  
Quem Pharo cœlicolum regi libare poposcit.  
O vitam felix euentus visa sequatur.  
Pelle metum, quæ te maneat fortuna, docebo,  
Excipit Isacides. sub viti imagine, vitam

D 4 Accipe:



Accipe : sub gemma vitis , sub flore , sub vua,  
 Curriculum vitæ: sub amyſtide neclare plena,  
 Venturam ſortem : triplicis ſub honore racemi,  
 Tres Soles. Eos te carcere tertia ſoluet.  
 Omen inesꝝ lætum vino, ceu ſæpe dolentes  
 Diffundunt animum generofi munere vini.  
 Ergo, mœūm pateris regi miſcendo fauenti,  
 Lætus vbi ſolitum iam munus obibis in aula,  
 Sis memor, oro, mei, regiꝝ ediffere vera,  
 Eximar ut pœnæ , me luſtra per auia raptum  
 Impietas Arubum patrijs complexibus arceret :  
 Præterea captus ſubeo ſine crimine pœnam.  
 Sic laudi ſua ſunt heu præmia, talia fatus,  
 Conticuit : lacrymæ cecidere per ora volutæ.  
 Tum, voce hac reuocans animos, mittensq; timorē,  
 Piftor & ipſe refert ſua ſomnia, fataq; poſcit.  
 Vertice ſuppoſito tria nocte canistra gerebam :  
 Supremo Cereris diuersa oneraffe videbar  
 Dona laboratæ calatho, ſed adorea liba  
 Viminibus reliquis , noſtra nihil artis auara.  
 Alituumq; genus , ſtrepitantibus vndiq; pennis  
 Delapſum, ſubitō ſonitum dedit, inter eundum  
 Ore petens prædam, & veſtigia fæda relinquens.  
 Dixerat, interpres contrà : nouiffe futura,  
 Numinis esꝝ, hominū falli eſt. Super biſce quid, edā,  
 Augurer:



Augurer: at ventis, opto, omen sidera donent,  
 Lex fati non est adamantina: tale sed ibit,  
 Mens tua qualis erit, voti improba contrabe vela,  
 Dum licet: incutientq; Notis vim parcus astra.  
 Sunt opera, & fructus vita mercesq;, canistra.  
 Prima duo egisti sine crimine tempora: simplex  
 Id farina notat. fuit artibus inde dolosis  
 Fas versum atq; nefas: frumenti id munera rosti  
 Ingeniosa docent, erit ergo, vi stipite fixam  
 Ales edax prædam pedibus circumuolet vncis,  
 Vmina terna dies tres signant: tertius addet  
 Lucifer hisce fidem. Sic fata viri q; canebat  
 Abramides: animumq; implebant sidera veris.  
 Namq; Aurora diem ducebat tertia festum,  
 Quem rex instituit primæ de nomine lucis,  
 Numine qua dextro natalibus affuit olim:  
 Et proceres aulæ, solenni instructa paratu,  
 Prefectumq; cohors coniuia regis inibat.  
 Quos in porticibus postquam de more Pharaon  
 Accepit, subiere duo, quos carcer habebat.  
 Mox igitur clamorq; virum clangorq; tubarum,  
 Regis ad edictum, meliora in fata vocavit  
 Pincernam innocuum, sorti q; hunc aula priori  
 Reddidit: aſt aleer, sceleris damnatus, ab orno  
 Fauce onus infelix praeficta fune pependit.

D 5

Nec



Nec verò, qui pollicitis onerarat Hebreum,  
 Dein prece sollicita Ductorem Agyptius ambit  
 Nominè captiui, spem corde secantis iniquam.  
 Talis enim mens est hominum, successibus usq;:  
 Nec stat apud memorem veteris benè gratia facti.  
 Sol trahere hunc vitam sine libertatis honore  
 Vedit adhuc, eæli bis cursu signa recensens.  
 Hæserat hic fati nimirum terminus altè,  
 Vereice quò Pietas præstantior astra feriret.  
 Felix ille, malum qui vincit spes, fidej.  
 Nec mora, nec requies: in qua mens pugnat, habemus  
 Multa, idemq; mali persape reexitur ordo.

SECUNDI LIBRI IOSEPHIADOS  
FINIS.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

IOSEPHIADOS

**E**Tiam finis erat, summo cum vertice  
nexus  
Ætheris, omnipotens hominum sator  
atq; Deorum,  
Despiciens vasti bipatentia limina mundi  
Et mare veliuolum, populosq; per arua, per vrbes,  
Principes sanctos, & secla & itura recensens  
Fata, Paretonio defixit lumina regno.  
Cui superum in medio, nostræ sub imagine forma;  
Filius ante oculos his se cum roeibus offert;  
Opater, ô terræ suprema polig; potestas;  
Scis, genus Abrami fatis ad sidera tollis,  
Haç; meo curæ tibi sape ex ore recursant.  
Per diuersa tamen discrimina, perq; labores  
(Abdita consilijs tua fert ita corde voluntas)  
Ad loca fortunæ, semper cedentia retrò,  
Tendat iter, seseq; ostendat oporct in armis.

Iam



Iam verò Abramides, quām sit pius, inter acerba,  
 Sat documenta dedit : quo non præstantior alter.  
 Ferre preces laudesq; Deo , superare ferendo  
 Tristia, quāq; vocant cursum reuocantq; per altum  
 Astra, pede immisso velis , ruere aequora tonsis.  
 Omnibus exhaustus iam casibus , omnium egenus  
 Cur igitur ventis sub carcere verba profundat ?  
 Dona tibi in portu figat, seruatus ab vndis,  
 Cum sit imago mei præsertim, funera passus  
 Ob noxas hominum , victor caput æthere condam :  
 Ergo quoq; is tandem iure è contemptibus exit :  
 Sicut & inde fidem dicit res , affore tempus,  
 Quo status excipiat per regna petita quietus  
 Casibus antè pios ac tempestatibus actos.  
 Filius hæc, tenuit contrà mora nulla parentem :  
 Dulcia sed blando delibans oscula vultu,  
 Quo fluctus mulceret, tempestatesq; serenat,  
 Omnia quo rident exerto , talia reddit.  
 Natae, cor & mea vox, mea Nata potentia , munus  
 Pontificis Regisq; geris : tuus ergo, quid optes,  
 Edocuisse labor, meus esse optata dedisse.  
 Iussa nihil flectet mea : ludere vota retabo.  
 Ire graui supra cunctos pietate videbis  
 Stirpe satos Abra : dabis idem iura per orbem  
 Gentibus, ac regnum verbi moderamine prodes.

Nomina



Nomina fers sponsi : tecum, præstabo, celebret  
 Solis ad occasus hymenæum Solis ab ortu  
 Sponsa, Semi ē natis alienigenisq; petita.  
 Tincta cruento tuo pure, spectataq; duris,  
 Illa tibi amplexum feret obuiu, grataq; iunget  
 Oscula, perpetuos spirantia cordibus ignes.  
 Hinc etiam, fatu grauioribus hactenus vsa,  
 Isacidæ proles, projecta parentis ab urbe,  
 Exortem auspicio meliori ducet honorem.  
 Ventum ad supremum : nihil huic mouet ordine pal-  
 Accitu nati seruatorisq; fauente, (mam.)  
 Ipse viam Ægypto pater inferet, agmine septus  
 Natorum : inde fugam posse secula bina nepotes  
 Eripiunt per aquas, spolijs felicibus aucti,  
 Et ditione Chanæ sibi debita rura capesset :  
 Quæ totidem hospitio patres per secula tenebat.  
 His dictis mouit caput, & mare, sidera, terras,  
 Cum capite, implerent ut partem assensibus omnem.  
 Mox unus superum ( quibus apparentibus aether  
 Numinis ad solium cantu plausuq; resultat )  
 Rege iubente, vocat Zephyros, ac labitur alis,  
 Deferat ut celeres Somno data iussa per auras.  
 Utq; sagitta leuis, si quando volatile neruo  
 Hagarides ferrum scopuli de vertice torsit,  
 Transmittit spaciū veloci incognita lapsu :

Sic



Sic se remigio pennæ tulit ille per ymbram,

5. 357. Opportuna domus Somni, submota recessu,

Subdita suprema spelunca attollitur Vrſa:

Humida nox ymbra circumvolat intus inerte,

Nec Phœbus niidos radijs supèr ingerit ortus.

Perpetud latebris agit alta silentia rupes,

Quæ non excutunt, Auroram voce vocantes,

Lucis aues, solitæ, applaudere corpora pennis.

Non fera, non venti, non ianua cardine mota.

Fons etiam somnos crepitante initiat arena,

Speluncam vnde uapor subtextit: ad ostia paſſim

Herba soporifera, & flores hoc nomine surgunt,

Quorum è lacte legit riguum Nox atrisoporem.

Pallidus, & frontem bicolorē papauere cinctus,

In medio Somnus languentia terga resoluit

Veste thoroq, super pullo, acclinataq, plumis

Colla fouet, lanaq, imitante coloribus amnem.

Hinc loca forte tenet damnoſæ Oblivio cure,

Nec non Pax animi, casusq, Leuamen acerbi,

Et Requies rerum, & mulcens Vigor hauſta labore

Corpora: luxurians inde ulmus brachia pandit,

Cæca sub ymbrosis cui somnia frondibus herent,

Tot numero, partus quoq, amat deponere flavis

Annua terra comis, & quot yehit aquor arenas.

Stant, verò portæ gemina cornu arg elephanto:

Somni

Somnia mittit ebur fallacia, veraq; cornu.  
 Huc delapsus ubi pennarum vela remisit  
 Angelus, insolito rupem fulgore lacefens,  
 Et versans manibus Somnum, ore silentia rupit.  
 Diue, quies cuius fessis gratissima serpit,  
 Dicta Creatoris fero nuncius, arrige mentem.  
 Somnia, dic, adeant duplici sub imagine regem  
 Niligenum, vberas & egestas vnde patecant.  
 Venturi excipiet septem vtrahq; temporis orbes,  
 Arua per Aegypti, Chanae per diuitis oram:  
 Concute fæcundum peclus: mora segnis abefio.  
 Plura nec effatus, pennis ausertur ad astra.  
 At Sopor excusit sibi sepe, & iussa peregit,  
 Natorum medio delectum ex agmine, dictis  
 Phantason argutum pariterq; Phobetor a formans:  
 Quorum hic in species animantū imitamine transit,  
 Et fit avis, coluber, leo, bos, & vulnificus sus,  
 At formas anima rerum capit ille vacantum,  
 Seu sit opus segetis simulacula, & vallis, & vndæ  
 Fingere, siue oculis expectes saxa, vel ornum.  
 Ecce etiam, Morpheus, diuersæ tertius artis,  
 Qui solos homines simulando referre laborat.  
 Abnegat is comitem: sic digerit omnia Diuus:  
 Qui mox depositus, tursum languore soluta,  
 Collaboro, spirans vim toto pectore segnem.

Cornea



Cornea quà porta esē, emissus, corripit alis  
Inde viam ad thalami regalis limen vterq;:  
Serum ubi velleribus pictoꝝ tapete Pharaon  
Exructis, prona ducebat nocte quietem.  
Dumq; secant per inane viam, fallaciter artem  
Immis̄ agitant terroribus inter agrestes:  
Quos stipula effultos cernunt proflare soporem.  
Iamq; alis tergere thoros: operiq; Phobetor  
Accingens, oculis monstra obijcit, vndiq; plenaſ  
Ecce vias lato vagus agmine Nilus agebat:  
Seq; dabant iactu fruticosum in littus ab alueo  
Eximie septem præstanti corpore vacca,  
Tondentes morsu pratum, palearia mento,  
Colla thoris extant: ceruix quoq; plurima taurum  
Toruaq; frons præfert: maculis insignis & albo  
Forma modum lateri demit: cornuaq; minatur  
Praelia, quas animo dum rex oculisq; pererrat,  
Quà modò flumen erat, late exit campus arena,  
Et radij ad limum vada siccis hausta coquebant  
Faucibus, emersas dein rara in pascua misit,  
Quot priùs, vnda boues, informia corpora visu.  
Dixeris: atra Fames, Elephanti e semine nata,  
Hasce tulit nixu, nil sunt, nisi pellis & ossa.  
Ventrī erat pro ventre locus, pectusq; teneri  
A spinæ extantis tantummodo crate putares,  
Et pedi-

Et pedibus tumidis vestigia pigra trahebant.  
 Parua mora es: pingui ieiunia pascere cæde,  
 Inq̄ boves audet speciosas vertere morsum  
 Bos macra, nec postquam prædam demersit in aluum,  
 Hinc olli faciem melior commendat imago:  
 Prae macie corpus vix, ut prius, ossibus hæret.  
 Talia per somnum formante Phobetore visa,  
 Excusit somno regem & circumstetit horror  
 Attonitum. aſſistens cui Phantasos viraq̄ lymphis  
 Tempora permulcet, Lethæo è fluminè sumptis:  
 Ac tegit in requiem resoluta lumina nocte.  
 Nec mora: surgit agro septenī culmus aristis,  
 Vlere luxurians, grauidoq̄ ita mergite nutans,  
 Gargarius in tantum vix ut ſpe tollat agrestes,  
 Pōſſe vero totidem ſpicas ſine pondere parua  
 Enatas ſtipula, rubigine prorsus adesas  
 Edit humus. latamq̄ intercipit arida meſſem  
 Glarea: nec vires tamen hinc opulentiae littus  
 Pabula concepit: formæ iam forma priori  
 Respondet. Sopor hic cum nocte Pharona reliquit.  
 Isq; diu nunc buc animum nunc diuidit illuc,  
 Rem nutu ire Deūm statuens, perq; omnia versat  
 Ambiguum: tandem yatumq; ſophumq; vocato  
 Concilio, accitos iubet intra limina cogi.  
 Olli tecta vijs fluxere ad regia plenis:

E

Et ſpe



Et sp̄e pr̄cipiunt iam pr̄mia, laudis auarii  
 Aduenit, ingenio tentans supponere cālum.  
 Aethera metiri visu & momenta minuta  
 Astrorum, latebras naturæ accedere mente  
 Parcarumq; oculis penetrare adamantina recta.  
 Nec non, qui pecudum spirantia consulit exta,  
 Qui Phæbi tripodes, & præpetis omina pennæ,  
 Et volucrum sentit linguas, & fulminis iras:  
 Carmina qui magico cantat Circeas susurro,  
 Et succo hæc misceret, Noctemq; affatur Auernus,  
 Ut solis capiti nubes subtexat aquosas;  
 Ut vultum nitidæ possit confundere Lunæ,  
 Sistat aquæ ut cursum, ventos abigatq; vocetq;,  
 Traducat messes, manes ut & ossa sepulcris  
 Deuocet, æstiuoq; niues ut prouocet orbe:  
 Iungere qui numerum fatalis nouit arenæ:  
 Qui fluitantis aquæ motus exceperit, & ignis:  
 Qui simulacra sacris & voces capeat ab undis:  
 Qui responsa petit per cymbia, purior æstu  
 Humor ubi exultat, ceruici imposta reuinctœ.  
 Horum agmen tectis aulæ successerat ingens,  
 Concilium horrendum: quippe his Proserpina tornū  
 Pallorem afflarat, solita inspirare venenum.  
 In pectus nigra barba cadit: flant lumina flamma.  
 Signat humum cyclas: crines obit insula nexu.

Responso



Responso statuit noctemq; diemq; tyrannus,  
Visa docens primùm, dein præmia maxima ponens.  
Sed nox atq; dies ea decessere : nec usquam  
Se magus, aut vates, aut Artis agebat alumnus.  
Consulitur Phœbus ter & amplius, asirag; fruſtra  
Consulitur Phœbus, fruſtra ter & amplius aſtra.  
Thuricremas etiam fouet ignibus Iſidos aras  
Regina Ægypti : vario ſimul implet Osirin  
Munere tota cohors procerum : sed nemo reportat  
Quæſita ex adytis reſponſa. Ita nempe Creator  
Rem ſortitus erat, ae vano vt numine Fama  
Demonis in vulgum maniſtas ſpargere, voces  
Inciperet, coleretq; Dei dehinc Memphis honorem,  
Gloriaq; Iſaciden ſolum praclara maneret.  
Ineubuit curis Pharo, limine ſeptus, & aſtu  
Turbiđus : ac gemitus proceres ijt inde per omnes.  
Sic, regi inter apes ſubit oīb; languida caſus  
Vita tulit, luctu indulgent ad limina nexæ :  
Seq; tenet clausis genus omne penatibus intus  
Frigore contrac̄tio pigrum, tractimq; ſuſurrat.  
Tum verò memori reperens oracula mente,  
Quæ dederat iuuenis ſub eodem carcere clauſus,  
Pincerna, vt fandi data gratia, talibus infit :  
Siſ bonus ô felixq; mihi peccaffe facenti,  
Inlyte rex, yeniam promptus velut antè dediſti,

E 2      Quando



Quando vincla miser pede cum pistore trahebam:  
 Nox tulit ambobus tum somnia: fecit Hebræus  
 Continuò certos sine fraude, quid illa monerent,  
 Carcere detenus sine crimine, tertia (dixit)  
 Munus inire tuum te rursum Aurora videbit:  
 Verùm lux eadem pistori guttura fune  
 Elideet, sotemq; includet in arbore vitam.  
 Dicta fides facti prebat, adsit is ergo: docebit,  
 Quid fortuna ferat regni: magnum instar in ipso.  
 Siccine aīs? (Pharo mox) age ratē bīc fistito, rūpit  
 Ille moram: incultasq; comas iam carcere liber,  
 Iacobides ponit ferro, & perfusus amomo,  
 Et mutans cultus, vocat in certamina formā  
 Heroum effigies, qui postquam recta subiuit,  
 Os diuo similis, tacite veneratus in illo  
 Numina, Rex uultu sua uerba ferrebat amico,  
 Regni inter proceres solio subnixus eburno,  
 Dic age, cui seje tribuunt fortasse benignos  
 Prae reliquis superi, quid somnia fataq; poscant.  
 Dona feres: & quem gaudes in vota ciere,  
 Semper erit Deus ille mihi: per sceptra thronumq;  
 Per caput hoc illustre tibi, per sidera iuro.  
 Numina vana nihil moror, Apin, Osirin, & Iō.  
 Gibo boues septem pastum mittebat abundans,  
 Corpore præstantes pingui: quas dente petebant

Mox



Mox totidem macie fædæ, rabieq; rumentes.  
 In ventrē has dederant: macies tamen ista remansit.  
 Postea culmis humo septem fundebat aristas,  
 Præsignes opibus: totidem quæ præda fuere  
 Exili è calamo spicis sine fœnore natis.  
 Spem culmi illa tamen grauioris præda fefellit.  
 Hac quid visa ferant, nemo es; qui dicere possit:  
 Hinc me sollicitus dolor ægra tabe peredit.  
 Talia dum memorat: Vates adit æthera mente,  
 Votaq; corde mouens sub pectore concipit Auram  
 Faidicam, ad regem vultum hinc tellure moratum  
 Sustulit, ac Iouam præfatus soluere cæpit  
 Ora sono: nec abes; opatiis gratia dictis.  
 Maxime Niligenūm, non hæc sp̄tentur ab arte:  
 Es; Deus es; unus, qui somnia nouit & edit,  
 Ac Deus, ipse Deus, vatem per singula ducit,  
 Propitiusq; monet, sibi quæ sententia constet.  
 Annuit ille tibifatorum arcana mouere,  
 Sæpe futurorum te quando cura remordet.  
 Hunc penes es; unum vasti custodia mundi:  
 Hoc dicente: poli designant limite mundum,  
 Itq; reditq; viam Sol, factu ut cuncta graueſcant:  
 Dives opum, laetæq; potens humus vberē glebæ,  
 Seminibus varijs animantium secla propagans,  
 Prædicta fluminibus, cingente coercita ponto,

E 3 Fundit



Fundit agris vietum, tegmenq; domumq; ministrat.  
 Hic verbo, & Sophiae cultu, cœlig. Vigore,  
 Effigiem nobis diuinam in pristina reddit;  
 Sidereum nos hic ciues transcribit in urbem,  
 Dum Natus precio superat votisq; Tonantem,  
 Et bonitas pacis caussam irreuocabilis orat.  
 Porro bonum hoc summo pro cunctis pondere vergit  
 Quod Deus (ecquid eo maiusue priusue?) beatiss.  
 Et bonus, & sapiens, & iustus numine semet  
 Cordibus humanis opulento impendere curat.  
 Et quod concilium cogit sibi vera monendo,  
 Nosq; boni in partem summi aterniq; vocando.  
 Muneris ut verò tribuendi copia detur,  
 Agminis in curam socij consurgit alendi.  
 Composuit, sparsas per montes aruaq; gentes,  
 Atq; dedie leges, & ius sit fædera iungit,  
 Et sedem statuit sacris, murosq; locauit.  
 Extruxit gradibus Solium sublimibus idem  
 Æterno ex adamante, faces ac fulgura miscens:  
 Præmiaq; hinc, pœnas illinc consistere iusit:  
 Tum maiestatem, cœli de semine cretam,  
 Imposuit, septamq; Metu, septamq; Pudore:  
 Cuncta ad quam vultus componat turba decentes,  
 Legibus in cœtu socio se passa teneri.  
 Desuper ad lætum patula nemus imminet umbra,  
Hospitijs;



Hospitijsq; omnes inuitat, opesq; rependit.  
Ac vt fors frenis respondeat apta tenendis:  
Sæpe monet Numen facienda, canitq; futura,  
Et, quo quæg; modo declinent noxia reges,  
Expedit, hinc monitis implent quoq; bina Pharone  
Somnia, de quibus Auctoris nunc accipe mentem:  
Cuius ijs cupidas effugit nuncius aures,  
Ars quibus absq; Deo eſſ, solita constanter opimas  
Lege vices Nilus septem exercebit in annos,  
Posſ Canis vt radios sua fontibus ora relaxet,  
Nec reddat curuis stagnantia flumina ripis,  
Ante panem nostri Libia sub iudice Solem.  
Ter quater hinc annus prouentibus horrea vincet,  
Terraq; latitia iactabit ad æthera vocem.  
Per totidem æstates vires effundere parcer  
Temperiem solitus cœlo dare Nilus iniquo:  
Nempe fugam faciet noti sub sidere Cancri,  
Inq; profunda pedem referet, pubesq; subaltis  
Rustica quærer agris incassum impendere cultum.  
Agricolaſ ſoluent bobus ieiunia cæſis,  
Ante quibus campos subigebant, vomere ruptos.  
Nullus erit tum falcis honos, tum nullus aratri.  
Per duo visa patet res vna, euentus vt extet  
Certior, & cura fugias maiore, quod inſtat,  
Occurrasq; malis, de quo (ſi poſcis, vt optem

E 4 Consu-



*Consulere in medium) mente hæc sententia surgit.*  
*Annis quæ superant felicibus, horrea seruent:*  
*Vsus præterea sit parcior, inde talenta*  
*Per multa in fruges coemendas prouidus aude*  
*Coniçere: idq; viro munus transmitte fideli.*  
*Deniq; pars frugum numero tibi cedat ab omni*  
*Quinta, & semen agris committi grande iubeto.*  
*Sic tandem seruator eris populiq; tibiq;*  
*Transcribens iusto frumenta perentibus ære.*  
*Hæc ubi fatus erat, subito fragor actus ab ortu*  
*Augurium dedit: ac rata condidit omina nutu*  
*Arbiter aetherius, tremefactis fulmine terris.*  
*Corripit è solio se latus, humumq; Themosis*  
*Ore petit, superosq; affatur, & omen adorat.*  
*Agnosco accipioq; Deum, latissq; saluto.*  
*Vocibus augurium: rite id, Pater, oro, secundes.*  
*Tu vero, iuuenis, salve. quæ præmia solui,*  
*Quæ tibi posse rear? fatis aperire futuris*  
*Solus & vñus vñi potes ora, ita solus & vñus*  
*Ægypto poteris curam præstare sagacem.*  
*Altera frena reges, omnes tua dicta capessent:*  
*Iura dabis populo: figes legem atq; refiges.*  
*Pacem ac bella geres, tantumq; ero nomine maior.*  
*De te Sol faciet præconia crastinus ampla,*  
*Regis equis vecto, dignisq; insignibus aucto.*

Hinc



Hinc variis accumulat donis, simul atria luxu  
 Instruit, ut latis agit et conuiua rebus.  
 Aulâi in medio conuiua iussa frequentant  
 Mirati iuuenem proceres; discubuntur ostro  
 Sidonio: libant pateras, & pocula signis  
 Aspera, duxit ubi per avos cælata sub auro  
 Facta patrum manus artificis, loquiturq; superbas  
 Pictura effigies regum pariterq; Deorum.  
 Fulcra thoris radios genialibus aurea fundunt,  
 Et late exuperant flammis funalia noctem.  
 Rex trahere aggreditur varijs sermonibus horas,  
 Qui genus, unde domo Vates, cognoscere quærens.  
 Cui iuuenis: proauo, noto super æthera laude,  
 Gaudeo Tharieda: patrisq; binominis olim  
 Isaciq; auulsus aui complexibus, eheu,  
 Fortunam subij, nec stirpe nec indole dignam,  
 Nec factis. hi sunt, patria quos ipse relicta  
 Exilium iusit Chananais querere terris  
 Omnipotens, ut eos, tolerando aduersa probatos,  
 Acciperet celo, cumq; his ad fædera venit.  
 Principium à Semo generis, cui ducitur ortus  
 Vitis atore Noa: qui natis cum tribus ecce  
 (Adde nurus) sociaq;, caua trabe conditus altis  
 Insultauit aquis impunè, luente sub illis.  
 Stirpe mala pœnas, animal simul omne trahentes,



Cum terra & Pelagus nullum discrimen haberent.  
 Iacidae satu ( iam sena recenseo lustra  
 Etatis ) vita me limen vidi inire  
 Iosephum tellus, Euphrate ac Tigride cincta.  
 Ad genus obstupuit rex Vatis, & ore loquentem  
 Excipit: insequitur quinam te per mala casus?  
 Tunis Iosephus, quem Thariadae Abramo  
 Iacides genuit pronepotem ad Tigridis amnem?  
 Hospitium proauo, doctis gratissima Musis,  
 Præbuit urbs Solis, Pharetrate hæc sceptræ tenente.  
 Cultu Abramus ibi sapiente vocavit in artes  
 Indigenas, orbem radio cæliq; meatus  
 Describens, Lunæq; vices Solisq; labores  
 Ritè docens, & eo nouit gens nostra manente,  
 Quid lætas faciat segetes, quo vertere campos  
 Sidere conueniat, quo signo tendere vela,  
 Vnde tremor pertentet humum, refluatq; fluatq;  
 Ter quater Euripus, tumor vnde repagula pulset  
 æquoris, & freta cur in se, prius austæ, residant;  
 Quid trahat interiore diem lux frigida gyro,  
 Quidue salo aestui cessent se tingere Soles.  
 Deniq; noticiam de Nilo contulit idem,  
 Quoniam fonte caput tollat, quod maluit omnes  
 Abdita mirari potius, quam nosse, Creatrix:  
 Quæ Nilum, effusis ab utroq; liquoribus axe,

Iufsit



Iusit iter plenum fulcare per arua ruendo  
 Torrida, neglectisq; aliarum legibus vndarum,  
 Ipso in solstitio brumæ dare frena tumenti,  
 Nec prius euictis iterum se condere ripis,  
 Quam nox tarda suas à Sole receperit horas.  
 Dum verò hospitijs Nilotidos veitur Abras:  
 Penè neci regem dedit ignorantia veri.  
 Ante alias facie spectanda & gestibus, vxor  
 Exitori è Chanaa comes haserat, inq; puellam  
 Mutato versos ea cultu & nomine vultus  
 Contulerat, de composito mentita sororem,  
 Ne rapt a exitijs opponeret ipsa maritum.  
 Eius ob os proceres obuertunt ora tuendo,  
 Rex etiam obuertit: qui recto animoq; recepit.  
 Formosam, iusitq; decus præsigne fouere  
 Vnguentis, donec thalamo sociaret habendam.  
 Iamq; thorō, nympham ratus, indulgere volebat:  
 Cum Deus exegit pœnas à rege latentes.  
 Isq;, metus inter necis, inter tadia vitæ,  
 Affixus lecto, sibi noctu astare ministrum  
 Etheris ante oculos cum voce, extrema minante,  
 Sensit: & accepit veniam pro principe supplex  
 Thariades, saluo socialis fædere tæda.  
 Josephus conerà: proauum discenda dedisse  
 Praelara in medium, fama est obscurior annis:

Illa



Illa viget, quod erat pietatis idoneus auctor,  
 Affatusq; rata prece Numen, amica ferebat  
 Responsa, & poterat votis auroq; potiri.  
 Sæpe tamen sancti quoq; vulgi errore trahuntur,  
 Ut qui sint homines: nec ab his aliena putabis  
 Humana, heu vicium sua cuiq; inseuit origo.  
 Atq; fauente licet teneat fiducia certos  
 Numine: sæpe tamen lustrandis illa periculis  
 Cedit, ita Abramus metuens sibi, propter iniquos  
 In Sara suspirantes, ideoq; maritum  
 Disimulans verbis, gestu ac sermone ferebat  
 Se fratrem, ambiguo sub nomine: quippe parente  
 Sarain ex alia Thares suscepérat Vris.  
 Id quoq; consilijs cepit, cum fœdus ad Austrum  
 Ponere exul Abras, qua Sura Cadefq; minatur  
 Caucibus in Gerarin siluisq; horrentibus umbra,  
 Sanctum aris pacis in fœdus ab Abimelecho.  
 Sara comes simulat cultus discriminé nympham  
 Et dictis, procerum spes inuidiosa: probatam  
 Rex videt, ac viam cupid, accersitq; cupitam:  
 Virgineo in cætu quæ dotatissima formâ  
 Pingit acu vêtes, intendit stamine telas,  
 Et subigit lanam digitis, ac vellera tractu  
 Excolit: & noua rex animo sibi gaudia fingit  
 Coniugij. as illi terrores increpat aether

In somnis,



In somnis, mortemq; intentat, eamq; subisser,  
 Supplicij caussam nisi casus & error haberent,  
 Non facinus, grauidis quoq; matribus voltio partur.  
 Suslinuit, fecitq; moram graue pondus in aluo:  
 Donabantq; neci multa caput, Ilithyiam  
 Cum vano ad partus nexus clamore vocarent.  
 Postera Luciferum cælo præmiserat Eos:  
 Monstra Dei accitos properat nocturna referre  
 Ad proceres, & quæ sit ijs sententia, poscit.  
 Omnibus idem animus, placandam Numinis iram:  
 Contrahiturq; Dei cunctis formidine peclus.  
 Nulla mora est: Saræ sibi non patuisse pudorem,  
 Munere testatus, venia ius dulce redemit  
 Abimelechus Abræ votò sibi, thusq; tremante  
 Fungitur igne focus, partus ut fæmina soluat.  
 Formâ ita Saræ potens amplexu in colla redibat  
 Coniugis: & contra naturæ fædera ( namq;  
 Annus ei steterat iam nonagesimus ) aluo  
 Edidit effæta puerum, promissaq; tandem  
 Exhibuere fidem, dederat quæ plurima Numen:  
 Læticiaq; suis vultus diffudit & ima  
 Pectora, nomen habens à risu matris, Isacus.  
 Ille, colens Gerarin, simili quoq; lusit amantem  
 Spe regem: donec, facie præsignis & ævo  
 Integra, blanditas componeret ore Rebecca,

Reges



Rege tuente, viro, qui propellebat amicæ  
 Coniugis opposita per lusum suauia dextra.  
 Principis ad vultum nam transitus hisce dabatur  
 Lusibus occulte per hiantis iniqua fenestræ  
 Lumina, sic oculis loca præstítit omnia custos  
 Tuta Deus sanctis, stationem in secula seruans,  
 Et nunquam accipiens oculis aut pectore noctem.  
 Desierat Pharo cœpit: Abræ quoq; dextera bello  
 ( Nunc repeto ex factis ) erat inclita: quæq; tyranni  
 Haud poterant quini detrudere finibus hostem,  
 Vnus humi turma fudit comitatus agresti.  
 Horridus in celis ac pelle Pharanidos yrsæ,  
 Ismaël satus es ab eodem, ut fama recepit,  
 Quam genitrix nostræ vulgavit gentis alumna.  
 Quæ sit habenda fides, refer. Ad quæ talibus hospes:  
 Quinq; iugo excusso Cedor laomoris ( illum  
 Persidos imperio fortuna affecerat hæres )  
 Oppida, cum Sodomis Æmorra, & Zoar, & Adma,  
 Et Sebois ( quid nunc ab ijs, nisi nomina, restat ? )  
 Bis sex abnuerant ultra annos pendere censem.  
 Acquirit socias terra à Babylonide vires  
 Ultor, ab Assyrijs, à Ponto, sauaq; multo  
 Milite bella parat, seq; exhortatur in iras.  
 Ing; via petijt Rephaimis oppida bello:  
 Densa in Susimos cuneum dedit vndiq; mole,

Mæniq;



Mæniaq<sup>z</sup> Emmaos Sau<sup>r</sup>e per plana tenentes :  
 Fecit Horæorum pinguis cere cæde Seirum :  
 Et sudare Cades Amaleci sanguine iussit,  
 Iudicij ad fontem : nec non Arnona co<sup>g</sup>it  
 Scuta, enses, paleas, & corpora voluere truncæ.  
 Iamq<sup>z</sup> horrebat ager ciyperi Sodomaus & hastis,  
 Vastaq<sup>z</sup> Persa dabat latè omnia, robore fidens.  
 Contrà quinq<sup>z</sup> duces aciem struxere coruscum,  
 Stagnat vbi multo Siddina bitumine vallis:  
 In pugnam turmas agit è Chananeide lectas  
 Bera: potens iunctis in Persas agmen Hithais  
 Birsa rapit: legio promtas Pheresea cohortes  
 Explicit Sineabe tibi: Cinëia Belas  
 Auxilia in campum castris effundit apertis :  
 Acer Amorrais Simaber fulminat armis.  
 Prælia concurrunt: hosti victoria cedit.  
 Ac nisi subdio subeat fuga, dentq<sup>z</sup> receptum  
 Ardua terrarum: ductoribus vltimus effec  
 Ille dies, ciues deprensi in vincla petuntur,  
 Inter quos Lotus, consanguinitate propinquus  
 Abramo: & prædas auertit raptor opimas.  
 Fama hæc Thariedæ sermonibus occupat aures :  
 Arma caput, belliq<sup>z</sup> manu tentare pericla  
 Instituit: telis simul instruit ipse trecentos  
 Robore pastores præduro, bisq<sup>z</sup> nouenos.

Subicit



Subiicit & Mambres lateri fortissimus ensem,  
 Et clypeo insertans aptat gestando sinistram.  
 Huic socios addunt se fratres, Aner & Eschol,  
 Et squamis horrent loricæ, gasaq, crispant.  
 Tunc Mambræ in fundis opulentæ Abramus He-  
 Vicinis, quos illicibus nemus yrget yrting,  
 Cæperat erroris tranquilla sede laborem  
 Sistere: Panchæisq, adolescens ignibus, ara  
 Religionis ibi per vota colebat honorem.  
 Namq, licet Mambres gentili sanguine cretus  
 Esset Amorrai: tamen haud ibi ponere sedem  
 Fugit Abras, sociumq, sacris adhibere rogantem.  
 Quippe Creator amat Verbo conscribere cætum  
 Quodlibet è populo soboli, ac donare salute.  
 Ergo ybi prima quies victori lumina fesso  
 Condidit in noctem: temerè inter tela iacentes  
 Dux acie ferri premit improuisus, & edit  
 Funera, torrentis rapidi vel turbinis instar:  
 Et per castra manu turbanti, tela rotante,  
 Luna ministrat iter, palantibus instat ad Hobani  
 Ec Libanum: captos: soluit: prædasq, receptat  
 Seq, refert currus, celebrem ducente triumphum.  
 Fama volat: teclis effusa agrisq, iuuentus  
 Dat plausum reduci: modulatur carmina voce  
 Nympharum chorus & plectro: nec honoribus ipse  
Rex



Rex cedit Sodoma Beras, vestigia tendens  
 Obvia per vallem, regis de nomine dictam.  
 Verba simul dicit gratantia Melchisedecus,  
 Et libat pateris vinum ad lustralia liba,  
 Rex Solyma, rex idem hominum, Iouæ sacerdos.  
 His actis, iterum de nato plurima Numen  
 Ad spem Thariadæ gignendo dulcibus affere  
 Pollicitis: memori quæ mente ac voce requirens  
 Vxor herum alloquitur. te, nato hærede parentem,  
 Certa fides, sed me genitricem, incerta, futuram:  
 Spes partus superest mihi nulla. quid augurer, audi:  
 Iudicium quæ tuum dein esto. præmia nosti  
 Ex me coniugij nulla habetens, atque senecta  
 Effæto mihi friget iners in corpore sanguis. (quam  
 Matrem hinc fata vocant aliam: quādō edita nun-  
 Te frustrabuntur promissa. age memet, ut æquum,  
 Matris habere finas ex Hagare dulce ministra  
 Nomen, eoque leues ægræ solamine curas.  
 Dixerat: & lacrymis vultus roravit obortis.  
 Contrà effatur herus: partus age pelle negati,  
 O dulcis coniux, lacrymas, mihi pignora quamuis  
 Nulla thori dederis, ac spem de prole Creator  
 Traxerit usque mora: credam tamen affore tempus,  
 Quo res dicta probet, neque lecti fædus amabo  
 Deserere. exilium tu mecum es passa: frueris

F

Inde



Inde bono, hæc reddit, lacrymasq; per oscula siccata  
 Non tamen absit prece Sarais: instat, & yrget  
 Orando, donec se vietus amore remittat.  
 Sensit ut ergo grauem fæse Hagar, corde tumorem  
 Concepit, dominam p̄ræ se concenriere lassam  
 Ter quater ausa palam, nec non incessere probris.  
 It dominâ in questus, tibi cessit in Hagarin omne  
 Iuris, ait coniux, tum Sarais ora superbam  
 Corrispiente premit, seruandaq; munia didit;  
 Ut prius, haud parens, at herile Canopicâ regnum  
 Dedignata, fugam loca per deserta petiuit.  
 Rursus hera in lacrymas it, spe fibi prolis ademta;  
 Et votis onerat cælum, per inhospita, questit  
 Serua simul nemus omne ciet, tetigere quærelæ  
 Sidera, dumq; Hagar patulæ sub tegmine fagi  
 Seruat inops fontem, quâ Suris cautibus horret:  
 Angelus à tergo strepitantibus ingruit alis;  
 Inuadens maxiam: quò te via dicit, & vnde?  
 Liquistinè fuga Dominæ, imperiosa locutæ,  
 Limina? flecte viam retrò, ac data iussa memento  
 Serua pati, sortis verò hoc lenimen habeto:  
 Semina magna dedit puero Thareius heros,  
 Cui puero, superis dilecti, Ismaëlis addes  
 Nomen, eo vincet numerum geni orta: nec illum,  
 More ducum, accipiens turritis oppida muris:  
Sed



Sed iaculo fidens hastaq; & robore fretus,  
 In lustris, inter scuarum lustra ferarum,  
 Atq; sub inculis agitabit monibus eum;  
 Nec feritate manus dabit, illi vivere mpto  
 Gratuum erit, & ferro quæcunq; laceſſere bella.  
 Sic ait, inq; auræ ſe ſuſtilit ales, eidem  
 PdC eadem ſerua dicta angelus edidit idem,  
 Lustra per Arabiae, ſiſtens in tranſite matrem  
 Ducente ad fontem, cum limine pulsus herili  
 Ismaël (quid ſpes primi affectaſſet iniquas  
 Iuris & hereditis, faſtu ſannisq; proterius  
 In fratrem) gemitu vix hiſceret, ora calore  
 Lethifera torrente ſuci, ſiluasq; v lulatu  
 Terreret genitrix & monticolæ Siluanos.  
 Fortuna Hagariden reſpexit, propeſir Abramum:  
 Tanta pijs viſ eſC cultus, qui Nunien honorat.  
 Fatus erat: cum ſic iterum Pharo quarere cœpit:  
 Vicinum in populum morem (ſi riue recordor)  
 Attulit Ismael, præacute ut murice Titan  
 Infantem oſtauiſ præputia ponere cernat.  
 Qui ritus? quaerelligio? quiſue auctor habetur?  
 Hospes ad hæc, decimo Hagaride ſucceſſerat anno  
 Tertius, at lustris proauus meus altera denis  
 Denafferè addiderat: cum noctis amicioſ horu  
 Reddiſit huic Ioue conſpectum, ita clara loquuti:

F 2

Ille



Ille ego, qui sceptris Deus omnipotentibus vtor,  
 Sum tibi fons & origo boni: mihi fungere iussis  
 Perpetuò, neu cede malis, licet aspera verser  
 Saepè fidem rerum prauiq̄ iniuria secli.  
 Sic mihi iunctus eris, ceu patri natus, amore,  
 Aeternumq̄ tuo cum sanguine fædus inibo,  
 Et numerum æquabit tua gens cum noctis ocellis;  
 Puluere cum terræ, cum ponti immanis arenis,  
 A qua gente petent ius cætera regna tenendum,  
 A qua magnanimos reges ad sidera tollam.  
 Hac autem inter vos & me nota fæderis esto:  
 Membra tibi saxo circum vernisq̄ putato  
 Vilia, & hac maneant in relligione nepotes,  
 A quinta pueris lux indat ut altera cultro  
 Iusticia signum, generisq̄ cruenta beati  
 Inprimat his numerum, sacrati vulneris exors  
 Qui fuerit, consors paci haud erit: æthera testor.  
 Quod supereſc, te mox etiam non serua, sed vxoris  
 Ut res pollicitis accedat, prole nouabit.  
 Hac ad verba, senex, testatus gaudia risu,  
 Tellurem prona facie petit, istaq̄ secum:  
 Hoc quid erit? quid? anus, genitrix: pater, obsitus  
 Alme Deus, maiora fide maioraq̄ votis      (æuo.  
 Dona mihi tribuis, superet modo (plur quid ausim  
 Expetere) Ismaël, superet mibi, digna petitu

Im



Imò fidem implebit promissi (Ioua profatur)  
Coniugis effæto soboles è viscere nata,  
Florea cui tellus latè munuscula cultu  
Fundet, ubi tunsis gemit altera frugibus æstas:  
Blandoq; Isaaci signabit nomine mater  
Natum, erit is column stirpis, columnæ sacrorum:  
Dixerat: assensit q; aether, humus, æquora, motu.  
Fæderis ergo notam ritu pietate colendo  
Imposuit femori, sibimet præputia demi  
Passus item q; suis, recutitæ hinc gentis origo:  
Impositi caussam moris iam percipe porrò. (ces  
Haud mens nostra capit vim Numinis: ergo, capa-  
Mente Dei vt simus, reperit duo, corde tenendum  
Dat Verbum: addit, item testantia postmodo ritu,  
Signa, usurpemus quæ sensibus: unde voluntas  
Abdita voce, notis in lucem edatur apertis.  
Auctor Adæ dederat monitus Edenis in horto,  
Noticiæ gemina Vitaq; sub arbore radicu  
Vt pomi vñq; manum remoueret, idemq; docebat  
Silua, quod ediderat Verbo Deus, veraq; signo.  
Deinde sator promissa dedit, testata fauorem  
Numinis, ob sobolem Nymphæ: vtq; homo certior  
Desuper incensis pia condidit omnia sacris. (esse  
Sic ubi Noa maris casus euaserat altos,  
Fædera concepit nouarex hominumq; Deumq;:



His daret ut testem, nos iussit ad æthera vultus  
 Tollere, quando secat liquidis sub nubibus arcum.  
 Iris, perpetui fidissima nuncia pacis.  
 Tandem, ut spem stabili de Semine mente foueret  
 Abramus, metuens diuina resoluere iura,  
 Iusticiæ testem signato in corpore gesse:  
 Idq; Salutiferi mittendi pignus habemus.  
 Nostra quoq; in peius generis primordia niti,  
 Concretasq; modis pestes inolescere miris,  
 Mos docet arcanus: simul, immedicabile petra  
 (Petrica Dei est Sokoles, templa eruta corde repo-  
 Esse recidendum vulnus: tu, semina Fætu (nens)  
 Deberet in melius naturæ praua referri,  
 Non sine lege thori nato, at sine coniugis ysu.  
 Deniq; discrimin sancto hinc datur atq; profano.  
 Hic finem presso dictis erat ore daturus.  
 Jacobides: at rex querendo longius inflat:  
 Quaratio Isaacum fuit inter & Abimelechum  
 Fæderis æterni? curas cognoscere, dignas  
 Principe fert animus, præsertim cum quoq; nostris  
 Condita sint fastis ea fædera, talibus ille  
 Querenti, victum lolio fallentibus annis,  
 Deludebat humus partu Chananæia falso  
 Agricolæ: Gerari succedit, & abdius agro  
 Conducto Isaacus telluri incumbit aranda.

Inde



Inde viam ad Nilum molitur : at hinc vetabat  
 Oraculum : hic sislas , terræ à te iura dabuntur ,  
 Quæ tibi iam colitur , maior numeroq; modoq;  
 A te gens celebri demittet origine nomen :  
 Quodq; dedi patri , fædus constabit in œnum.  
 Namq; minister eras iussorum Abramam meorum ,  
 Perpetuoq; mihi pietati operate merebas .  
 His animos attollit auis , pergitq; locare  
 Tecta suis , & amare focos , vincisq; domare  
 Vomeribus colles , latumq; haud segniter vrgens  
 Successum , cultus patientibus imperat aruis .  
 Olli opus ampla facit vernarum copia ruri ,  
 Et bis quinq; greges vesper his quinq; remittit  
 Armenta irriguis è saltibus , aruaq; reddunt  
 Semina centuplicitum fœnore , saxaq; paſſim  
 Supponunt scatebris venas , rimando cauata .  
 Quò non Liuor adit ? vulgus proceresq; secunda  
 Hostitis orsa vident , intabescuntq; videndo :  
 Et quocunq; loco puteos deproferat Abras ,  
 Turba reponit humum fossa inuidâ , ductile venis  
 Aggere flumen aquæ complens , liquidosq; morata  
 Pulueribus lapsus , proceres quoq; vana ferendo  
 Officium regis tenuere , infecta precati  
 Fædera , quando bonis tantum communibus obſto :  
 ( Abramides infit ) nos hic mora nulla tenebit .



Exilio poriū nostro noua terra paretur.  
 Digrediens igitur propriū durare sub Austro  
 Ad vada Bosforidū tentauit, ibiq; paternos  
 Restituit fontes, & ab hostibus obijce clausæ  
 Rursus iter ( sed non sine lite, nec absq; tumultu )  
 Fecit aquæ, passim viuarum obfessor aquarum  
 Nempe Palestinus studio certaminis ibat  
 In litem: donec concepit terra caducas  
 Colle sub extremo lachrymas, hand passa labores  
 Incaſſum toties fusos, ac perbibit imis  
 Concepitas venis, & aquas emisit in auras  
 Fonte nouo, in latices mutatis fletibus, inde  
 Ad Bersabeum retulit vestigia lucum.  
 Instituitq; dies Iouæ de nomine festos,  
 Iouæ, qui, repeiens promissa, ibi nocte pararat  
 Exhibuisse Deum, recidiuamq; imbuīt aram  
 Religione pia, sorsq; omnibus annuit ausis.  
 Ecce autem, ut pigrat facti, mens conscia regem  
 Fædfragum capie stimulis incessere diris,  
 Nec requiem indulget nox vlla, sed usq; furentem  
 In somnis agit Abramides, acutq; timorem:  
 Monstrorumq; v lulat plangoribus aula per umbrā.  
 Mens eadem cunctis, pacem à migrante petendum.  
 Rex init ergo viam, maturans cæpta quadrigis,  
 Ascito dextræ Abusato, laueq; Phichola,

E quibus



E quibus hunc aula dabat esse armisq; magistrum,  
 Illum consilijs socium capiebat & orsis:  
 Nec dubitat ramos virtutem prætendere compitos.  
 Te sine nulla salus ( exclamat ) poscimus omnes  
 Te veniam , diuīum curam in te stare videmus :  
 Quocirca stabili iungemus fædere pacem,  
 Officijsq; dehinc populus certabit veteris,  
 Haud odijs , firmi non es; moralibera pauci,  
 Quem pace Abramides , haud aspernanda rogantem ,  
 Prosequitur , verbis addens : fortuna quietos  
 Quenam sollicitat , nos ut fugiatis amicos ?  
 Pax vobis cordi ? concedo volensq; libensq; .  
 Nec veni sine pace Dei , rex nostra reliquit  
 Hospitia : at mihi fat a locum sedemq; dedere  
 In regno Geraris , pro causa Numinis ecce  
 Stat meliore fauor : mea Iouam iniuria tangit .  
 Nunc ite , & , quoniam melior pars aetate diei es;  
 Procurate viri compostis corpora rebus .  
 Nostris cura penum struere es; data : fædera faxo  
 Cras immota manu , testisq; adhibebitur æther .  
 Assensere : trahunt multam per pocula noctem ,  
 Seq; diemq; mero celebrant epulisq; fauentes .  
 Dum verò dapibus funguntur ; plurimus ædes  
 Fosfor ouans clamore petit , gratamq; reportat  
 De puro manante fidem , ruptaq; nouatis



Rupe sub exesa rimando, fontibus vnda.  
 Læticæ in partem fossor canæq; vocatur:  
 Qui sibi tam potu quam plausu indulget ouante.  
 Lucifer ortus erat: sub diuo altaria surgunt  
 Marmore de nœo, supponendoq; sacrarunc  
 Mucroni pecudes, sparsuras sanguine flammam,  
 Et noua concepit, superis in verba vocatis,  
 Fœdera Samides, ternis contactibus ignem  
 Inficiens, aram veneratuer crure tyrannus  
 Submisso, et calatho libat sacra marmora pleno,  
 Dans insurandum de pacis honore futurae.  
 Vsq; adeò condit Pietas caput æthere victrix,  
 Nec raro pœnis iniuria soluitur aspiris.  
 Prima quies epulis fuerat: maiore capaces  
 Niligenæ statuunt numero crateras, & annos,  
 Quod sumunt cyathos, regi Vatiq; precantur,  
 Et plausum ingeminant, cithara tum personat aulæ  
 Phemius, argutas percurrentes pollice chordas:  
 Fila sonora lyra quoq; pecline tractat Iopas,  
 Concordemq; modis mouet vnâ carmine vocem:  
 Et latè radijs fax aurea tecta lacebit.  
 At Baccho impleuit pateram intenditq; corona  
 Rex, auro gemmisq; grauem, signisq; decoram,  
 A proauo tales quæsitus munus in usus.  
 Summe Deum, hospitibus quæ reddere iura putamus,

Hunc



Hunc lætum Pharijsq; diem Chanaaq; profecto  
Esse velis, ac rem diffundi in secula fama.  
Dixit: & assurgens, cœlestia regna tenenti:  
Lenæum in mensam regi libauit honorem:  
Admouitq; ori, Iosepho pocula deinde  
Impleuere manum porresta: animumq; Pharaon  
Et patera & dextræ presenti pignore firmans,  
Multæ super sacris rogitat, super ordine multæ  
Fatorum, ac pendet grato recitantis ab ore.  
Imò (ait) à prima dic, hospes, origine tempus.  
Sacerorum, vitamq; patrum, sortiemq; tuorum?  
Quippe Dei cultu funeli mihi rite videntur:

TERTII LIBRI JOSEPHIADQS.  
FINIS.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

IOSEPHIADOS  
LIBER IIII.

**S**Ic fatur cupidus, dextraque silentia  
suadet.  
Inde thoro Abrami pronepos sic orsus  
ab alto:  
Ut monumenta, trium bis, persequar ore dierum,  
Qui primi tenerum viderunt surgere mundum,  
Rex, petis: utq; idem pariter sermone retrahem  
Fata Patrum, inter quos sedem æthere Ioua colebat  
Posthabito, visu contingi passus ab illis  
Sese & celicolas, & apud quos currus & arma  
Seruatoris erunt promissi, tempora verò  
Hæc aliena meis narratibus esse videntur:  
Et Nox præcipitans nos in prolixa vacare  
Haud sinit eloquia, & voluendos peccatore fastos.  
Sed si tantus amor nostræ annalibus aurem  
Præbere, & curam Pietati aduertere sanctæ:  
Ordinar, vtq; meis, precor, adgit gratia dictis.

Principio

Principio nec erat cælum, nec terra, nec æquor,  
 Cum bonus & sapiens, luce abditus vndiq<sup>ue</sup> clausa,  
 Pignus adhuc nullum virtutum Ioua dedisset.  
 Exculit arcano tandem ergo limine gressum,  
 Seq<sup>ue</sup> dedit per opus mundi ac per verba videndum:  
 Quæ vice iam speculi funguntur, cernere donec  
 Astra dabunt, in se qualis quantusq<sup>ue</sup> sit ipso.  
 Vtq<sup>ue</sup> manum expedijt rebus facor ille creandis,  
 Vnus vbiq<sup>ue</sup> fuit naturæ vultus inertis,  
 Materiæq<sup>ue</sup> rudiis moles, digesta<sup>que</sup> nondum:  
 Cumq<sup>ue</sup> polis terras & aquas locus vnum habebat,  
 Et sibi pugnantum genitalia semina rerum.  
 Quā mare, qua tellus erat, illuc ignis & aër:  
 Nilq<sup>ue</sup> suam artifici ducebat ab arte figuram.  
 Humor erat siccis inimicus, hyemsq<sup>ue</sup> calori:  
 Obstabat leuitas onerofo, molle rigor:  
 Et tenebrosa rudi nox incumbebat abyssō:  
 Gaudebatq<sup>ue</sup> vagis metiri Spiritus alis  
 Oceanum, calefacta animans, exclusa fouere  
 Alis ut oua solet. Fiat lux, deinde Creator  
 Dixit: nec tenuit lucem mora tarda vocatam.  
 Namq<sup>ue</sup> nouum sine Sole iubar (mirabile dictu)  
 Ecce fugam tenebris immisit, & extulit ortum,  
 Iunctis Tempus equis ita prima vi frena moueret,  
 Atq<sup>ue</sup> dios horis mox acta rediret in orbem.

Lucida



Lucida cœlicolum niueas simul agmina pennas  
Cum clangore mouent, faciendis strenua iussis:  
Dantq; manu plausus, choreas pede, carmina vocē.  
Iamq; diem primum decidere viderat Auctor,  
Cūm statuit secta rerum discernere litem  
Congerie, & caco vi Verbi exemit aceruo  
Æthera, rexentem bis quinq; voluminagyrō,  
Diuersaq; fuga solitum contendere cursus.  
Demere viuis aquas ab aquis, ut Pontus haberet  
Inde suas, cœlumq; suas, fulcimine nullo.  
Idem perpetuum rerum inter corpora, certis  
Dissociata locis, caput componere pacem,  
Ignis ut alta leuis, sed humus grauis ima teneret,  
Proximus vtq; aër foret ignibus, humor at auris  
Talibus indulget curis dum Numen ab arce  
Ætheris, ac rursum lucis terit orbita metam:  
Ance alios pulchro spectabilis angelus ore,  
Ausus erat diræ mentem submittere culpæ,  
Ac trahere indignum per corda superba furorem,  
Et contra Sobolem Patris ecce laceffere pugnam:  
Seq; infert socium grex densus, & agmina iungit.  
At Sator omnipotens viætricia vindice misit  
Tela manu, & saevas irarum effudit habenas  
Cœlicolasq; animis victos, ac vana tumentes  
Præcipiti excusso dedit isti noctis ad umbras,

Tertia



Tertia lux adorat, cum tellus exiit vndis,  
 Quæ mundi in medio sedem sibi legit & imo,  
 Ponderibus libra: a suis: diuinaq; mirè  
 Orbis in integrum glomerauit dextera formam  
 Terras cum pelago, loca per diducta recepto.  
 Obiice tum clausit, fluctuq; coercuit arua,  
 Et freta diffudit, rapido exultantia vento.  
 Extendit incipiunt campi, subsidere valles,  
 Surgere verticibus montes, frondescere siluae,  
 Prata colore tegi, fætuq; grauescere cuncta.  
 Hic nemus aspectu morsus inuitat amano:  
 Et rosa cum violis, cum purpureo narciso  
 Lata sinu laxo decus explicat inter odores  
 Nardi, & cordicibus sudantia balsama ruptis:  
 Illic suauè rubens hyacinthus tollere filuam  
 Nititur, ac Phœbo contractas caliha ruente  
 Deieclit a comas, semperq; amaranthus honore  
 Viuidus, & gaudens decerpi, auidusq; renasci.  
 In laticem sub humo dum frigore cogitur aér,  
 Fonte cadunt riui, pronoq; agit agmine cursum  
 Flumen, & obliquas pratexit arundine ripas.  
 Parsq; solo sorbetur aquæ, pars, condita ponto,  
 Assurgit fremitu, & pro ripis littora rundit.  
 Quarta dies radijs vallatum tempora Solem,  
 Et noua subiectis prabentem lumina terris,

Salut



Saltu in purpureasse subiecisse quadrigas  
 Vedit, & alipedes gemmis auroqu superbos  
 Successisse iugis, cursumqu iniisse per astra.  
 Tum quoqu Luna vices nocturna cœpit in umbra  
 Dueere, concipiens aduersa lampade flammarum:  
 Stellatusqu polis accendit lumina vesper.  
 Utqu faueret humus gignendis prodiga rebus,  
 Verbi, Aetas, Autumnus, Hyems sua sidera noſſent:  
 Per zonam ardente, dirimit quam circulus alti  
 Solsticij, lato via sub curuamine ſecta,  
 Fine habitabilium contenta hinc inde plagarum,  
 Signorum obliquo Solem raptum ordine vertit.  
 It comes Hora, Dies, & Mesis, & Annus, & Aetas,  
 Atqu ubi Sol cursum primos reuocauit ad ortus,  
 Sidera diffellens, statione nouissimus exit  
 Lucifer, ac rorem viridianibus irrigat herbis.  
 Tum nubes roſeis Aurora amplectitur alis.  
 Iamqu humus exhalat nebulam, fumumqu remittit:  
 Diffultat fremitu, rupta inde tonitribus, aura,  
 Percurritqu cito rima ignea lumine nimbos.  
 Cœperunt etiam Ventorum horrefcere flabris  
 Aeria ſilua, pelagiqu liquentia regna:  
 Imposuitqu Sator Dominum, qui flamina traciu  
 Diuerso regeret, speluncis abdita cœcis  
 Frena premens, & dans cerco moderamine laxa.  
Squami-



Squamigerum pinnis agmen quoq; flumina pellit:  
Porrectas grandi cautes imitantia mole,  
Exercente vario balenæ pectora lusu  
Liberioris aquæ campos: immania cete  
Absorptum frontis per opaca foramina reddunt  
Horrifico pelagus vomitu: transmittere saltu  
Pergit aquas delphin, et in orbë has verrere cauda,  
Et captare vagam resupino corpore prædam.  
Mugitum ore ciens, sternit se littore phoca:  
Proscindit longo gracilis freta limite pristix:  
Illatura moras tendenti líntea puppi,  
Muscum Echeneis amat: polypi sub murice recti  
Vincla dolos tendunt, saxi mentita colorem.  
Præterea liquidum nituntur in aëre pennis,  
Cognato ex vndis genita cum piske, volutres:  
Ac pars alitum se in vada credere gestit,  
Et fluuijs studio caput obiectare lauandi:  
Aetherapars mulcer cantu siluasq;: recessum  
Pars nemoris vestigat: ouat pars gutture: ducens  
Pars iter in gyros prædam circumspicit: inter  
Se pars vulnifaci decernit acumine rostri:  
Deniq; pars alis luco se fertq; refertq;  
Se niueus dat olor stagna in decliuia iactu:  
Anser, aqua pedibus pendens, iam flumine mersam  
Cervicem recipit, facili iam labitur amne.

G Dat



Dat per colla modos instanti acredula voce :  
 Suauniter arguta quoq; dumus acanthide vernal.  
 Iussa nouena pati viuendo secula, cornix  
 Voce vocat pluuiam, & gressu metitur arenas.  
 Reddere dicta potens audita imitamine, soluit  
 Ingeniosa sonis mutandis Psittacus ora.  
 Ingluuius insignes, vmbbris nigrantibus horrens  
 Lucas onocrotalos tegit : antrum bubo frequentat,  
 Noctibus in fletum longas duclura querelas :  
 Sæuaq; cum coruo milius certamina confert.  
 Executiens cristas, aduerso Sole, rotatae  
 Stellantes caute gemmas sibi pauno coruscat.  
 Radit iter liquidum pennis, caualittora circum,  
 Mergus, & incautas auido petit ore natantes.  
 Thura legit Phœnix & amomi, avis unica, succum  
 Gangis odorata struit ales hic arbore tandem  
 Celso in monte rogum, ponitq; in morte senectam.  
 Postmodo multiplices iterum nouis inter odores  
 Lumina sub vita surgit, nitidusq; iuuenta  
 Rursus ad Eos cursum secat æthere lucos.  
 Rex verò alituum pennis iter egit in altum,  
 Obviaq; intendit radianti lumina cœlo.  
 Talia dum fiunt : clauso componit Olympos  
 Vespera quinta diem, cum pisce volucribus austum.  
 Inde, ubi Sol radijs iterum dimouerat vmbram :

Quadr



Quadrupedes partu mirando iussa per agros  
 Terra dedit, lustrisq; feras immisit opacis.  
 Terribiles alit gryphes iuga celsa sequuntur :  
 Siluarum generosa leo rex fronte minatur,  
 Executiens ceruice iubas : impulsaq; vasto  
 Aura furit fremitu : tremor huic tamē offa canore  
 Alite pertentat, vigil ore ciere morantem  
 Qui solet Auroram. cauat alta cuniculus antra :  
 Nititur ascensu montis sub culmina dama :  
 Pradari aggreditur lupus, asper & improbus ira :  
 Agna pauet : toruo barrhorum corpora visu  
 Rhinoceros petit, in latebras se coniicit vrsus.  
 Acer agit vulpem cursu leporemq; Molossus :  
 Terga hirsuta fricat, ferus ore, sub ilicibus sus,  
 Et sparsa per humum dentes in glande fatigat.  
 Prata fuga carpit, surgens in cornua, ceruus :  
 Quadrupedante citata solum quatit vngula pulsus  
 Acris equi, & celeres fugiendo provocat Euros.  
 Explet agros vaga bos errore : in pralia tauri  
 Frontibus incurruunt, & inertia vulnera miscent,  
 Inq; vicem irasci metuenda in cornua discunt.  
 Quin & apis, glomerans agmen, trahit aere nubem :  
 Reptiliumq; genus se puluere versat in atro.  
 Impendensq; è nube super non irrita fecit  
 Ditta Deus, radijs ardenti lucis & auro :

G 2 Crescite,



Crescite, per cunctasq; genus diffundite terras.  
 Tandem natus homo es<sup>E</sup> gleba, capiente figuram  
 Humanam: iuuenisq; arrestum ad sidera vultum  
 Sustulit, & celum concepit mente profundum:  
 Utq; ortum à rubra tellure, ita nomina duxit.  
 Quem iubet imperio Deus arua salumq; tenere.  
 O salue mihi prime parens, qui Nume sumnum  
 Geſiſti tribuente Decus. Proles paterq;  
 Flamine cum sacro, quibus vnum numen & aequum,  
 De te fingendo non dedignantur habere  
 Consilium: faciemq; Autoris imagine reddis.  
 Mens Patrē, Natumq; animus, Flatumq; voluntas  
 Recta refert: quam nulla tibi compescit habena.  
 Es rerum finis, cœlestū es meta laborum,  
 Deliciæq; & amor Domini, Dominiq; voluptas.  
 Felix, ô nimium felix, tua si bona noſſes:  
 Et, ſpreto colubro, paſtis ſi virgo maneret.  
 Eheu quam varijs animi flexere ruinis  
 In reticulum ſeſe, & ſepſerunt cōrda tenebris:  
 Quam genus omne mali ſceleratū irrupt in æuum.  
 At tu, qua cœlo fers corda tumentia flatu,  
 Terrigenū gens, pone animos, flatusq; residat.  
 Siſ memor, vnde tibi ſtriptem demittat origo.  
 Nec poterunt ortus obliuia magna venire:  
 Dum vagæ cotidie terra vſtigia ponis,

Corpus



Corpus homo gerit vnde. Solo tua lumina fige,  
Quod tibi membra dedit: cur tanta superbia vano  
Corde tumet, cum sis puluis, cum puluere viuas,  
Mortuus in cineres abeas cum pulueris idem?  
Floribus ac pomis latè opportunus & vnis,  
Lucus erat; curua qua sese Edenia valle  
Porgebat, radijs plaga subdita matutinis.  
Verticibus medio vitæ nemus astra petebat:  
Dona quod æternæ poterat tribuisse, inuentæ.  
Fatalis iuxta cælo caput arbor agebat,  
Noticiam recti lapsis prauiq; datura:  
Nomen ab eueniu quæ traxit, deinde sequito  
Crimina: discurrans in quatuor ora per hortum,  
Amnis item gemmis vehit vndā auroq; superbam.  
Hic vbi molle latus deponit Adamus in herbis,  
Brachia suffultus ferrugineis hyacinthis:  
Agglomerant pecudes placidae, rabieq; tumentes,  
Et pennis volucres supra caput aëre pendent,  
Ore salutantes iuuensem, carmenq; sonantes:  
Digna quibus cunctis prudenter nomina fecit.  
Nec verò tantum, quæ fert animalia tellus,  
Conueniente viri sapientia nomine signat:  
Sed pisces etiam, pelagiq; immania monstra.  
Quæ simul exurgens ad aquas vestigia torsit,  
Remigio aduertunt pinnarum ad littora lapsum.



Mentem oculosq; debinc in contemplando creat&a  
 Rex maris ac Dominus terrae occupat, admiratus  
 Argumenta Dei tanta omnipotentis Adamus,  
 Tanta quoq; eiusdem sapientis, tanta benigni.  
 Nec satis es<sup>c</sup> vidisse semel: iuuat vsg; rueri,  
 Et laudem celebrare Deo modulamine. circum  
 Responsant nemus & ripae, cantumq; volutans.  
 Sub pedibus ridet tellus, Fauniq; choreis  
 Primigenam lustrant, & Naiades, atq; Napiae.  
 Interea verò geniorum hominumq; repertor,  
 Ordine personisq; triplex, sed numine simplex,  
 Per calos, per humum, per aquas obit omnia visu  
 Diuinae monumenta manus: & singula iusto  
 Executiens pecte: cuncta manus mea fecit ad vngue:  
 Verus ait tandem, mox addit: inuile solus  
 Aeuum ut degat homo, non expedit: ergo repertam  
 Adductamq; homini sociam curemus oportet.  
 Hac effatus, Adae mollem per membra quietem  
 Irrigat, ac soluit dulci obruta lumina nocte.  
 Dumq; ita fusus humili somnum capit: huius ab imo  
 Os latere exemptum se verbo in virginis ora  
 Induit, & vultum surgenti blandius offert.  
 Illius ad laudes quid flectere verba vetabit?  
 Laus operum auctorem celebrata redudat in ipsum.  
 Nunquam deinde, magis spectanda decore, puello

ESC



Ex data fæmineo vitæ sub lumina partu.  
Dat risum ex oculis Amor, igne micantibus: afflat  
Purpureum natura genis decus: emitet alie  
Frontis honos teretus: Suada oscula nectare tinxit.  
Marmoris instar habent leues eborisq; lacerti  
Et colla: inuolitat lateri coma, purior auro.  
Longa manus, breuior pes, castigata fuerunt  
Ilia, compositus venter, iuuenilia crura,  
Pingue femur: pectusq; habilis tumor excitat aptè.  
Plura quid? in cunctis amor excubat artubus ardēs:  
Quaq; mouet gressum, Charites comitantur euntem,  
Mox igitur iuuenis labefactio pectore flammam  
Accipit, & surgens hæc os in verba resolut:  
En de carne mea, deq; ossibus ossa. / carnem  
Huc ades ô mea virgo, meumq; in nomen irum:  
Vna duobus erit caro, mens erit vna duobus:  
Excutiet foedus secli vis nulla iugale.  
Dixit: amorq; magis corde & magis astuat intus,  
Et nequit expleri mentem, gaudetq; tuendo.  
Fæminea pariter flammam traxere medulla:  
Inq; viro consorte arsit pulcrrima virgo.  
Nulla mora est: coeunt amborum in fædera dextræ:  
Et vocem hanc Genitor dat pronubus, ora serenans:  
Nemo, Dei iungit quos dextera, soluet amores.  
Crescite: quaq; patent, terrena capessite regna.

G 4 Vix



Vix hæc ediderat: cum læta in colla maritæ  
 Amplexu infusus ter coniux oscula libat:  
 Cumq[ue] polis plaudens hymenæum Terra celebrat.  
 Septima lux aderat: requiem à condendo petuit.  
 Omnipotens, talemq[ue] auditus dicere legem:  
 Hæc es magna dies, quam sanctam semper habeo,  
 Semper honoratam: mihi nam dedit illa quietem,  
 Qua mea composuit condendi dextera curam.  
 Sex licet inde dies homini exercere labore:  
 Septima lux nostros in honores sacra vacabit.  
 Hoc autem repetens iterumq[ue] iterumq[ue] monebo:  
 Ne fructum nocua temeritis in arbore morsu.  
 Commoda cuncta soli vobis vsusq[ue] patebunt:  
 Arboris unius vobis tantummodo fætu,  
 Qui prauis & recti vim nosse dat, interdico.  
 Dente ea poma petens, letho cadet: ista locutus  
 Cum terra & pelago tremefecit sidera nutu.  
 Porro bonis felix erat, aeternumq[ue] fuisset,  
 Ni fungi iussis homo neglexisset: ut ergo  
 Talibus heu donis sese in scelus exuit actus.  
 Arsit enim inuidia rex illætabilis aulae:  
 Consilioq[ue] dolum versare aggressus & astu,  
 Mendaci postquam simulauerat ore colubrum,  
 Virginis ante oculos hac se cum voce ferebat:  
 Nympha decus mundi (qua tellus, quaq[ue] profundum

Sub



Sub domina es, feries quæ matri sidera laude )  
Copia te fecit tutam, excepitq; timorem  
Sors tua: respondeat quoq; latus amore maritus.  
Non equidem inuideo: miror magis. attamen aequè  
Omnia cur vestris non educat vñibus hortus?  
Carpimus, unde liber, fructum: arbore Conditor vna  
Interdixit ( ait ) legem migrare cauemus:  
Deterretq; nefas non exuperabile lethum.  
Ille refert: qua te cœpit dementia? disce  
Iura tui arbitrij, nihil es mors: vana timetis.  
More Dei gnaros facit esse boniq; maliq;  
Hoc nemus: at similem non fert Deus, inuidet ergo:  
Siccine ( reddit ) aïs? quis cœli incedere diua  
Abnuat & regina? fidem firmare videtur  
Ipse, capitq; oculos aspectu lucus amico.  
Dixerat, ac votum corde ambitiosa fouebat,  
Contingens manibus malum, exitiabile malum.  
Dividit in cunctas animum tamen incita partes:  
Verbaq; pertentant colubri hinc dulcedine mentem:  
Iussa minæq; illinc diuino ex ore recursant.  
Ora quater, prædam morsu captantia, mouit:  
Cepta quater tenuit: pietasq; cupidoq; pugnant,  
Et trahitur duplici diuersum nomine pectus.  
Sæpe metu vultus pallorem duxit oborto:  
Sæpius ambitione læto ora rubore notauit.



Vtq̄ carina Notis iactata, agitataq̄ fluctu,  
 Vi gemina executitur cursu, paretq̄ duobus:  
 Non secus ambiguis curarum iunditur vndis  
 Fæmina. dente cibos tandem occupat illa petitos:  
 Incautisq; simul decepram horeatibus aurem  
 Prabuit heu socia vir edens, ac iura fefellit.  
 Exemplō stimulos in pectora condidit atros,  
 Conscia peccati, pauor: & nudata pudorem  
 Subiecere genit̄ membra. hinc ramalibus ambo  
 Impediunt femur, atq; fugæ trepidantia mandane  
 Corpora, siluarum posse densa arbusta latentes.  
 Nec longum in medio tempus: cùm vespere nimbi  
 Effusa, horrifico cælum increpat omne fragore:  
 Et media iratus nimborum in nocte coruscum  
 Fulmen agit dextra, & vasto pater intonat ore(me)?  
 Cū gemitu: heus vbi es? heus, ubi imago parētis Ada-  
 Quid verò est, quòd Adā uestigat Numē in vmbbris,  
 Et vocat exanimem? latuit num cuncta videntem?  
 An Deus hunc secum non amplius esse facetur?  
 Nempe Deo, lapsus me perdit, sponte relicto.  
 Sed neq; tam gemitus, elisaq; nubila cælo  
 Terrorem incutiunt mihi: quām solatia præstat  
 Vox, hominem trepidū reuocando, à morte reducens.  
 Formula decreti recitat talibus inde:  
 Principio, malefide draco, tibi dira canuntur,  
Criminis



Criminis horrator. veritas quia mersit in aluum,  
Te suadente, dapes Idenidos incola terræ:  
Pulueribus tibi campus iners ieunia pascet.  
Tum per humum, prono porreclus ventre, trahendo  
Impedies orbes: hominis nam corpus & ossa  
In cineres & humum redigis. fabricator & auctor  
Deniq; cum fueris mortis: te pena manebit  
Mortis perpetuae. quin contra teq; tuosq;  
Concutiet Soboles cœlestia Virginis arma,  
Prosubigens pede colla tibi: cui stringere calcem  
Dente tamen poteris, litet ut pro sotibus insons.  
Tu quoq; capta dolis, & suau coniugis ausa  
Sollicitare fidem, mihi quam dedit, inq; nepotes  
Digerere haud metuens penas ac funera cunctos,  
Fœmina: iussa viri patiere, & subdita mores  
Illi ad nutum compones, oraq; finges.  
Cumq; vterum grauitas tendet: distinet a dolore  
Mille dabis gemitus, potiare puerpera voto  
Donec, & ingenti soluas discrimine partum.  
Quod restat, quoniam fas morsu abrumpere tentas:  
Segnis, Adame, situ, te propter, inersq; iacebit  
Terra: nec, assiduo nisi sollicitata labore,  
Arua dabunt victimum. Surgent lappæq; rubiæq;  
Solariq; petes herbis ieunia, donec  
Ter reddat terræ necis inclemencia: namq;

Puluis



Puluis eris, quia puluis eras. rata talia sunt.  
 Haec ubi dicta, manu strictum rotat igneus ensim,  
 Immititq; fugam Cherubus mortalibus : vna  
 Exitio inuigilat miserorum pontus & orbis :  
 Obseptisq; aruis Paradisi, appareat intus  
 Ut Satanæ domus, abripitur descensus hiatus:  
 Vnde mala & pestes mundo succedere visæ,  
 Quis numerum haud facias: labisq; id perditus eheu  
 Cepit, vt in vetiū, quantus quantusq; homo semper  
 Nitatur, pronus corde in scelus, impius ausis.  
 Præterea nitidi florentia tempora Veris  
 Contraxit, longumq; Dens dein quattuor annum  
 Per Brumam spacijs & Ver exegit, & Aestum,  
 Autumnumq; grauem, varias extundere cœpit  
 Tunc artes v̄sus medicando: & querere sulcis  
 Germina frumenti: silicisq; recondita venis.  
 Semina flamarum. tunc mensur limite campos  
 Signauit, rastris & ararris v̄sq; domandos:  
 Nauitaq; Arcturo sua nomina fecit & Vrsis:  
 Stagnaq; senserunt alnos piscoſa cauatas:  
 Et sua credulitas p̄ficiem suspendit ab hamo:  
 Et pedica infidias auceps viscoq; retendit:  
 Nec siluae texere feras, indagine clausæ,  
 Et canibus cinctæ. studium tunc vtile duros  
 Tentauit nemorum fætus mollire colendo,

Et



Et montes oleis vestire, & robora tectis  
Aptare, & serobibus vites mandare subactis.  
Cum socia verò que Vir suspiria rupit,  
Amissam memori fortunam mente requirens?  
Nodes atq; dies sicut sub pectore lucis:  
Ac Sol in lacrumas ambos conspexit eunes,  
Cardine seu iunxit cœli ostia, siue reclusit:  
Præcipue cum spem soboles quoq; perdita fallat.  
Namq; ubi prole virum bis fecerat Hœna parentem  
(Hoc clarauit Adas viuentum nomine marrem:)  
Fraterno patrios fœdauit funere vultus,  
Nec iura erubuit cognata in stirpe Cainus.  
Prima mali labes fuit inde: quod ore, tumentem  
Fastu, & sacra Deus simulata mente ferentem  
Auersatus erat: placatoq; altera vultu  
Abeli dexter sacra dignabatur adire.  
Cumq; parens tactum nullo hac de cœde dolore  
Ore graui premeret, desperantemq; iuberet  
Exilium luere, & pœnas expendere dignas:  
Patre fugam petiit deserto, limina versus  
Auroræ condensq; impuro sanguine gentem,  
Et muros statuens, patriæ conteraria legi  
Iura dedit, factosq; Deos non arcuit aris.  
Vtq; tuerentur spem regni fortiter armis,  
Resp; noua sacræ caperent dulcedine sensum:

Viscera

Viscera scrutando telluris in ima nepotes  
 Ire laborarunt, ut conflarentur in hastas  
 In gladios clypeosq; eris ferriq; metallia:  
 Et fecere modos structo ad modulamina buxo,  
 Et numeros varijs capere incendere neruis.  
 Quæ ratio mulcos, sacrata stirpis alumnos,  
 Induit in fraudem: commenta ut sacra frequentet  
 Cultu & honore nouo, regnisq; exinde profanis  
 Concedisse petant, & amorem ac fædera iungant.  
 Verum ea gens tandem penas dedit, æquore mersa.  
 At sobole ut casæ fletu maduere profuso  
 Primigenis anni centum: leniuit ademti  
 His desiderium prolis, genitoris imago,  
 Sethus: Enos Iouæ posuit quo templo creatus,  
 Cenanius genitor, laus Malaleelis auita,  
 Jaredi proauns: quo natus, postmodo viuo  
 Corpore sideribus nouus accedebat Henochus  
 Incola, perfectis, quos terræ debuit, annis:  
 Perpetue ut testis vita ac documenta darentur.  
 Sanguine Mecusales ortum deduxit ab illo,  
 Omnibus è populis spacio maxinus aui,  
 Secula dena ferè complente, creansq; Lamechum:  
 Cuius Noa satu pater editus alter in orbe,  
 Qui populum exceptit centum per lustra regendum.  
 Inq; patrum tali grege vertebaratur Adamus

Dux



Dux præsesq; : nouem qui secla annosq; recensens  
Triginta, etatis secum aurea fata peregit.  
At rollens geminam quoq; cœlo is mole columnam  
Marmorea, scriptis digesit tempora fastis:  
Mandauitq; notis memori promissa tabellæ  
De duce virginico, famaq; in secula misit.  
O decus ætatis primæ, irrevocabile votis:  
Qua tot sape duces pietatis & artis in unum  
Venerunt, cætus celebrare ad sacra verendos  
Assueti, & socio pugna succedere Marte  
In statione graui, contra impia dæmonis armæ.  
Ut stirps ergo Patrum vite concepsit ab oris,  
Totaq; gens hominum facinus iurauit in omne,  
Lamechidae monitis mentem adieciisse recusans:  
Exarsere ignes offensi pectora Iouæ:  
Isq; palam in pœnas se se testatur iurum,  
Quà iusta ira vocet. iussus quoq; Noa futurum  
Edocet, ut tandem coniurent pontus & aër  
In terram, sub aquis perdendam Solis ab ortu  
Solis ad occasum, nec non, tutamen ad imbres  
Et flutus, triplicis molem statuisse carine  
Apparat abietibus, Libani sub monte petitis.  
Dumq; ratem tabulis aptat, paſſimq; meatum  
Lentæ mafja picis iuncturæ astringit hianii:  
Interea centum Sol circumuoluit annos.

Stipat



Stipat in hac, vsus quorum indiget, omnia Noas  
 Puppi, ad reliquias maris exundantis alendas :  
 Octo homines, sexus viriusq; hinc nempe quaternos,  
 Semina præterea volucrum pecudumq; ferarumq;.  
 Imbre quater densæ luces maduere nigranti,  
 Mergentes tristis spirantia funere cuncta :  
 Ter quinquagena puppim iuga celsa regente  
 Iaduunt pelago, desolatumq; sub vndis  
 Possedere solum : tempus, quod restat ad orbem  
 Perfectum, cecinit freta per diffusa recessum,  
 Turumq; & Boream siccante incumbere flatu  
 Iusit agris, vasto latè stagnantibus amne.  
 Cum sociæ natuq; tribus ( simul adde maritas )  
 Et cum reliquijs animantium imperditus æstu  
 Aequoreo Noas, vacui spes altera mundi,  
 Seruatori inter grates soluebat ad aram  
 Vota Deo, purisq; extis adolebat honores.  
 Voluebatur odor celo : quem naribus haustit,  
 Dona probus propter mentemq; fidemq;, Creator,  
 Et cum corde suo sic est effatus : in orsis  
 Totus homo est prauis, teneroq; cor huius ab yngui  
 Crimen ad omne facit. noui ; nimiumq; necesse,  
 Ut norim. haud igitur cunctas effundet habenas  
 Amplius irarum patientia, criminis victa.  
 Donec erit mundus ; Sol Lunaq; purpureum ver,  
 Messe

Messe vigens Aestas, Autumnus, Hyemsq; perenni  
 Lege vices ducent, neq; ius natura nouabit.  
 A ponto vterius metus haud erit inde, daturo,  
 Quicquid vbiq; neci capiet suis aliens agor.  
 Meq; vtetur homo leui veniaq; parato: (ferre.  
 Nam caussam orat Homo: cuncta huic accepta re-  
 Quin vobis rerum dominis iam cedet in usum  
 Inq; dapem quadrupes, cedent quoq; piscis & ales:  
 Netamen hinc viui trepidant sub dentibus artus,  
 Porro magistratus per ciuica iura legatur:  
 Deditus ut pena vitam cum sanguine fundat,  
 Quisquis caderet us violati iuris agerur.  
 Ultor item ad penam pecudesq; ferasq; reposcam.  
 Ob cades hominis: quia Numinis instar in illo.  
 Ecce ego vobiscum teste Iride sancio fædus:  
 Nam quoties gemino comprehendet rorida cornu  
 Nubila, prætexens pista ferrugine cælum;  
 Fæderis huinus ero memor. hac vbi finijt: Iris  
 Traxit ab aduerso digestos Sole colores,  
 Atq; cauis tripliæ secuit sub nubibus arcum.  
 Iuncto exinde, patens orbis, bove rura colebat  
 Segnia Lamechides; intexebatq; racemis  
 Innocuas vlemos & odoriferas cyparissos:  
 Cui populi nomen Iani fecere bifrontis,  
 Incola quod veteris mundi ipse nouiq; fuisset.

H

Cumq;



Cumq; Deo plena libasset amystide vina,  
 Dilueretq; vna curas è corde meraca  
 Largius, indulgens dono per sacra recenti:  
 Somnus ibi oppresso laxauit turpior artus.  
 Degener in patrem, somno vinoq; iacentem  
 Non bene compositis cum vestibus, incidit Hamus:  
 Et: quid ( ait ) fratres memorem? res fædare relatu.  
 Maximus en hominum rex ille, Deiq; sacerdos,  
 Strata premis nudo femore ebrietate sepultus,  
 Nec propri testes abigit veloue seruae.  
 Qui vobis sensus? non nulla offendio sanè  
 Inde mihi excipitur: neq; enim mihi cornea fibra est.  
 Fasne, ut prosticuat sua famæ errata sinistræ?  
 Auribus vltierius non sustinuere loquentem  
 Semus & Iapetus: sed mox velamine terga  
 Instrati, retrò vultus passusq; rularent  
 Auersos: femoriq; innecta cyclade nudo,  
 Sese ita tractarunt, ut se pietate probarent  
 Et patri & superis. nati canit ergo proterui  
 Omnia dira parens capiti, sic deinde locutus:  
 In mea verba tuas Vltor da maxime vires.  
 Fac, precor, ut Chanaan, impuri filius Hami,  
 Qui naso hand metuit suspendere Semen adunco,  
 Audiat æternum seruorum seruus: & inter  
 Consortes generis, successu & honore vigentes,

Sorti



Sorte ferat digna postremas. regia dante  
 Iura Deo capias & pontificalia Seme:  
 Et iussa accipiat Chanaan tua, donaq; pendar.  
 Iapeto vultus adueriat Ioua serenos  
 Et numen placidum: seruandorumq; cooptet  
 In numerum Semi sacrata sede receprum:  
 Muneraq; huic etiam Chanaan seruilia praeflet.  
 A tribus hisce viris mūdum est diffusa per omnem  
 Gens hominum: ac positis litem pater ipse diremit  
 Limitibus regno. verba execranta surdis  
 Præterit Hamus ouans mox auribus: aq; recedens  
 A genitore, nouos ritus noua sacra celebrat,  
 Conscriptisq; viris mores & menia ponit:  
 Tempus erit vero, quo triflia Vatis agentur  
 Dicta: genusq; dabit nostrum famularia latè  
 Iura plaga, diris deuoti nomine dictæ.  
 Vtq; nepos Hami succedat ad æthera fama:  
 Opportuna loco, suspectu ad fidera vasto  
 Certatim struitur præsigni turris opum vi.  
 Lamq; minabatur cœlo ampla cacumine moles:  
 Ecce repente, sono disconuenientia verso,  
 Ora manum imponi ceptis vetuere supremam:  
 Turritiq; operis vis interrupta pependit.  
 Dux Nimrodus erat: cuius Babylonia multi  
 Sacra peregerunt, haud nati sanguine tantum

H 2      Iapeti,



Iapeti, verū semi quoq; gente creati:  
 In quorū numerū simul aggregat error Abramum  
 Thariaden. hic eſt vir, hic eſt, cui gratia ſele  
 Tam largam tribuit diuina, ut nomen ab ipſo  
 Gefferit omnipotens; & cui fiducia Verbo  
 Nixa Dei eualuit, nullo ſuperabile caſu,  
 Æternæ florente caput redimire corona  
 Iuſticia. At verò meliora monente ſecutus  
 Numine Thariades, ac ueste idola relinquens  
 (Vſq; adeò Iouæ ſolius gratia dandæ  
 Iura ſalutis habet.) Chaldaeis extulit Vris  
 Cum Loto comitante gradum; quem iuſtulit Harā,  
 A Thara numerans autorem ſtippis eundem.  
 Cumq; Palæſtinam ſe credere vellet in oram,  
 Exilio ſedes & patria limina mutans: (line  
 Huic plaga, quam Tigris hinc, Euphrates alluit il-  
 Ad Charras tenuit pia cæpta; & clauſit ibidem,  
 Duxq; comeſſa fuga, maturis lumina fatis  
 Thara pater. fuit is curæ exiliij, leuamen.  
 Tandem rursus iter mouit, cum quina ter Abras  
 Luftra recenseret vitæ: quem viſa mone: e  
 Nox iterū, hæc referens dicta Altitonatis ad aures:  
 Ne dimitte fugam, iuſſum ne linque laborem:  
 Sed progressus iter Iordanis ad arua caperet.  
 Progenies ibi magna, tuo de ſanguine ducta,

Nomen




Nomen in astra feret, multò numerosior astris:  
 Mej̄ beatus eris, dante, vt fortuna sequatur,  
 Quicquid ages, malè vel bene quis tibi dixerit: Osor  
 Aut fautor dicam male vel bene cuiq; viciſſim.  
 Inq; tuo certam iaciet sibi quisq; salutem  
 Semine, quā terras obeunt freta curua parentes.  
 His monitis firmatus, Abras premit acer eundo  
 Propositum: ac prompto, confors generisq; thoriq;,  
 Sara viam passū legit, & cum coniuge Lorus:  
 Quæ dein concreuit saxo per corpus oborto.

## QVARTI LIBRI IOSEPHIADOS

F I N I S.

H 3 PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

IOSEPHIADOS  
LIBER V.

Rima fuit statio Chananei in vallis  
Moræi,  
Quam densum ilicibus claudit nemus:  
inq; reducta  
Planitiae Sichemes herboæ. hic Numinis ille  
Maximus antistes lata omen voce salutat:  
Exstructosq; focos, voti argumenta potentis,  
Quadrupedum donis ac thuris honorat acerris.  
Quippe Deus tali patuit sermone, refulgens  
Lumine: plena tibi es promissi gratia nostri.  
Hospitijs cedens odijs, dein castra mouebat  
Thariades: cultisq; diu tendebat in aruis,  
Quà nemoris dorso montem inter Luxan & Ain  
Porrectum hinc lustrat surgentis, at inde cadentis,  
Vmbræ diei. luco Iouæ statuebat ibidem  
Aram, & odorabat Panchæis æra fumis.  
Inde mouens gressum, propius succedit ad Austrum:  
Donec

Donec eum hospitijs accepit Nilus amicis,  
 Quando sua agriculam fallebant vota Chanæum.  
 Redditus ut Chanæa fuit à Nilotide : campos  
 Aidos & Luzæ, sibi cultos ante, reuistit.  
 At sedem Haranides Sodomum sibi legit in vrbe,  
 Tectaq; Iordanis pastoria iecit ad amnem,  
 Digressu à pattro iussus discernere licet,  
 Iurgia per saltus nectentibus vsq; ministris  
 Amborū ob pecudes : quibus æquè in pascua iunctis  
 Inq; ministrandam locus haud sufficerat vndam.  
 Peneadæ ad flumen tunc florentissima tempe  
 Delicijs horti cereabant penè beati  
 Aurora Edæ, Sodomorum mœnia iuxta.  
 Ver erat aeternum : tumulis hyacinibus hiabat  
 Perpetuò, violaq; & purpurei Narcissi.  
 Fætu habiles pecudes bis, luxuriantē frequentes  
 Gramine, per colles, & prata recentia riuis :  
 Silua dabat tegmen : bis erat prouentibus arbos  
 Vitilis : & quantum longis armenta diebus  
 Carpebant, tantum nox, orbe coercita paruo,  
 Rore reponebat. generosis largiter vnis,  
 Nec non diuitibus succis, quos balsama mitteunt.  
 Leta fauebat humus, cum fænore semina tanto  
 Reddebat seges, ut caperent vix horrea messem.  
 Summa coronabat canentis fætus oliue.

H 4 Naturam



Naturam dederat solerter deniq; prudens  
 In cunctis opifex: erat omnibus apta ferendis.  
 Nunc ibi contristat fumis graueolentibus auras  
 Pigra palus, abies remo quam nulla lacebit:  
 Et stagnant piceo vicina bitumine rura.  
 Silua quidem in ripa, maturo infecta colore,  
 Educat, & solidam simulantia poma figuram:  
 Quæ cuperent iuuenes, cuperent carpisse puellæ:  
 Asq; ubi quis pomis adhibet captantia tactu  
 Brachia: mox leuibus volitant ludibria ventis,  
 Immundum in cinerem dilapsa; nec amplius ulli  
 Hec optant iuuenes, optant tetigisse puellæ.  
 Sulfureamq; illic supera ad conuexa Mephitum  
 Exhalare lacus segnis non desinet vñquam:  
 Sed pœna monimenta dabit mansura per æuum:  
 Quam Deus exegit per flammam & sulfuris imbreu  
 Impuro à populo, cum ciuib; æthere misis  
 Lote fugam eriperet comitantibus inde, priusquam  
 Tempestate dies rueret, candente fauillis  
 Tristibus: & caperent scelerata per oppida pœnas  
 Vtores genij, de quib; ab origine pergam.  
 Lux æstiuas simi quarta collegerat hora:  
 Thareusq; senex ducebat frigus ab umbra  
 Ilicis ante fores, aciem protendere suctus,  
 Errantes inopesq; procul si forte videret.

Ecce



Ecce viri socium carpebant, puluere cani,  
 Tres iter occurrit cum multo Abramus honore:  
 Et solio, ratus extores, inuitat acerno.  
 Sol ad languorem dabit (inquit) membra calore;  
 Hospitibus domus haec & commoda nostra patebunt.  
 Siste optate viam, queso, umbrosaq. viator  
 Duc sub fronde moram, dum temperet æra vesper.  
 Ut plantam accipiat tepidis, curabo, fouendam  
 Alueus austus aquis, positaq. in corpora vires  
 Ut redeant mensa, fessis præstare leuamen  
 Disco malis fessus: perlustrantesq. caduca,  
 Calicolas hominum sub imagine, dona probantes  
 Hospita, sepe reor nostris succedere tectis.  
 Sic ait, & verbis vultum addidit: atq. petitos  
 Accepit manibus diuos, & iussit, opertis  
 Flore nouo, positos releuare sedilibus artus:  
 Instituitq. dapes, & condita vina releuit.  
 Pollicitis parent, & amant umbracula subire,  
 Disimulantq. viri superos: ac tempora gratis  
 Fallere succinctus querit sermonibus hospes,  
 Dum focus instruitur dape, lautijs igne paranda.  
 In medio breuis est epulis mora: liba calentes  
 Nectarare tincta foci mittunt, versataq. flammis  
 Terga bouis teneræ, mensæ quoq. grata secundæ  
 Munera non desunt, lactisq. coagula pressi:

H 5 Nec



Nec pauper vel iners Abræ esq; Saræq; voluntas.  
 Fæta quies epulis erat : huc age siste maritam,  
 Diuus ait, specie reliquis augustior . intus  
 (Reddit Abramus ) obit sua munia. venit herili  
 Sarais accitu. tetigitq; vbi limina : verso  
 (Excipit ore Deus ) via me eibi læta remittere,  
 Fortunate senex, anno : tunc nomen habebit  
 Sara genitricis, votog; porita fouebit  
 Isacum premio. Saræ excutie ista latenti  
 Vox risum : & : quid? (ait) ludor. mén⁹ oscula ere-  
 lam libaturam soboli, cum, prorsus inepta, (dam  
 Me Dominumq; annis frigentibus occupet aras?  
 Sensit, & hæc tacitè cum risu verba locutam  
 Molliter his dictis diuini nominis bæres  
 Corripuit: Dominum fatorum non regit ordo :  
 Cuncta potesq; quæ vult : sunt, quæ iubet, ecce pera-  
 Exemplū. & dubitabis adhuc? superūq; putabis? (Et)  
 Dicta carere fide? risuq; soluta fereris  
 Ad promissa Dei? num risu incredula (dices)  
 Argueris? argueris. veniam pete: vera fatere.  
 Per caput en Iouæ (neq; enim præsentius illo  
 Numen erit ) iuro, me tam tibi certa referre,  
 Quam maiora fide. partum dabis ipsa petitum.  
 Ad Sodomas iter inde ferun: & Abramus eunt  
 Deducit superos comes, editamente reuoluens,

Damq;



Dumq; implere viam sermonibus appetet: ecce  
succrescente duo petierunt aera penna.  
Calicola, ex oculis ablati, substitit vnus,  
Numinis exhibita iam maiestate verendus:  
Talia qui memorat, per te, vir maxime, plures  
Natalem accipient, quam voluit pontus arenas:  
Deq; tuo populus, qua terras continet aequor,  
Sanguine surget honos, & ijs vestigia pander  
Alma salus. sub te rerum cultus q; magistro  
Diuini metuent quoq; fallere sacra nepotes  
Iura: fidemq; addam promissis, ergo propinquam  
Non possum tibi non fatorum euoluere sortem,  
Consilijq; meis pietate silentia motus  
Demere mortali stat semper imagine teclus  
In circumspicu popolorum, oculusq; minister  
Etheris acta notar vigilantibus omnia: nostras  
Hoc referente, probrum Sodomaeum contigit aures.  
Quod falsum cupiens, aduerto lumina praesens  
Ipse: minor fuit heu delata infamia vero.  
In scelus isse iuuat: seq; ( irrita iurgia Lotus  
Iactat) in omne probrum vicinia tota parauit.  
Culpaq; supplcij nimium esq; nimiumq; cruenta.  
Cras ergo excidijs patet vibes quatuor vltor:  
Et faciam, ut pena monumentum triste perennet.  
Vox erat in cursu: vultum lugentis habebat

Thariades,



Thariades, genibus pia cum prece brachia tendens.  
 Cui Deus: optanti pietate fideq; ter amplum  
 Ius tibi fecisti: si quid fert impetus, ora,  
 Desierat Dominus: nec longa silentia fecit,  
 Sed mox verba senex tergit pius vltima verbis.  
 O, cuius nullo clementia fine teneret,  
 Committesne Paren's hominū, ut fortuna redundet  
 In iusti in iustum, nec munus munere penses?  
 Immeritumne trahet pena, vrgens iure merentem?  
 Non ita: nam facies arbitria, Numine digna.  
 Quinquaginta igitur ciues si fama sequatur  
 Conscia virtutis, peccato crimen abesse:  
 Supprime frena, rogo, vindictæ. mitte precari:  
 ( Ille refert.) tot ibi recti modò cura moretur:  
 Non erit, offensas ira vt mea vindicet igne.  
 Pergit Abras humidi prece sollicitare Tonantem:  
 Da mibi da veniam, conanti ambire supremum  
 Affatu regem, qui nil, nisi puluis & umbra,  
 Sum miser: ac pœnis quoq; parce, vbi, quinq; minutus  
 Indigenis, numerus prior haud responderit aequè  
 Foritan optatis, vultu annuis, imo, quid edes  
 Irarum exemplum triste? immedicabile forsan  
 In quater hinc denos scelus haud cadet. ecce paratū  
 Sento te veniac. quid? si ter crimine deni  
 Sint vacui? quid? si nimium sunt improba, pacem  
 Indulge

Indulge, mea vota pater mitissime ) tantum  
 Viginti, imò decem ? pergesne immittere frena  
 Exilio ? haud perges : quæ sit clementia, noui.  
 Talia dum peragit votis : procedere vespere  
 Incipit, ac dextram cum Loto iungit viresq;  
 Angelus hospitio. qui, de tot ciubus unus,  
 Tristibus horrebat factis submittere mentem:  
 Quicq; malos contra dictis terribibus ibat  
 Sæpe. sed ipsius portarunt irrita venti  
 Iussa minasq; graues : ac probris recta docentem  
 Turba petuit, inops animi. hunc inuenit Eoo  
 Sol pelago surgens diffundere flendo dolorem,  
 Cor misero, vulgi super improbitate, coquenterem:  
 Hunc etiam versam lacrymosis vocibus æthram  
 Heffer, equo noctem ducens, incendere vidit.  
 Dat lympham pedibus, mensamq; agrestibus auget  
 Haranides opibus, curatq; recentia fangi  
 Liba: eadog; Engadde tuo mons vincula soluit.  
 Et iam tempus erat, quo suadent astra soporem:  
 Cum scelerata manus iuenumq; senumq; (furore  
 Obsceno in pueris citra consueta iuuentam  
 Carperet ver etatis ) ades: & ad ostia clamor  
 Sicut: & arma volant obessaq; recta pauentes  
 Nata intus trepida cum matre plumatibus implens.  
 Multa mouens animo, tandem se corripit busses

Ad



Ad limen, precibus tentans superare furentes :  
 Ah ciues, ciues, quidnam hoc iuuat impete cæcas  
 In furias ruere, & miscere tumultibus ædes ?  
 Sunt mihi non tacto præstantes corpore nymphæ :  
 Haec potius (quāquam pudor obstat, amorque resistit)  
 De vobis habeant crimen, quam se decepti  
 Hospitijs iuuenes, patiar. dicturum plura caterua  
 Protrahere perit, sermonemque improba diro  
 Abrumpit fremitu, & maior violentia gliscit.  
 Sic, euicit ubi vis fluminis incita metam  
 Aggeris, insanoque petis declivia lapsu,  
 Quando vagi hybernis liquuntur rupibus amnes :  
 Obiicit hinc illinc valli munimina pubes  
 Rustica, sed stagnis crescentibus omnia terrens  
 Diluit, oppositamque ruunt cumulo vada molem.  
 Rumpere vi tentant aditus : obsistere tendit  
 Lotus in introitu, conuerso cardine portam  
Vi multa torquens humeris vastis obnixus.  
 Quem recto inclusum recipit, prohibetque periclo  
Afflans genius. Tum verò concitus ima  
 Seuit ad ossa dolor, nec pectori se capit ardor.  
 Ictibus instituunt clausos perrumpere postes :  
 Et sibi quisque manum saxo, sibi quisque securi  
 Instruit. at limon cæco Deus aëre sepsit,  
 Et nebulas oculis Sodomai obtendit opacas :

Vulnus



Vulnus ut exciperent telis hostilibus auræ,  
Prætentaque manu noctem exploraret inertem.  
Vtima nox metam stringebat, & astra cadebant:  
Late memento fugam celerare: quod instat, agemus:  
Diuis ait, tecta ille vagis discursibus explet,  
Colligat ut fasces: nec sat rationis eundo.  
Rumpe moras age, rumpe moras: sic voce suburgat  
Rursum, interque manus statuit in monte prehensum  
Cælicolæ: gressumque legunt cum matre puella,  
Fletibus ob sponsos effusæ, exire negantes.  
Utq[ue] Engaddæis properent se condere siluis,  
Nec vertant oculos retrò: mandata feruntur.  
Cœlitum verò genibus se pectora pronus  
Stravit, & incubuit votis ibi talibus exult:  
En licet exitij nobis immunibus esse:  
Munus id est ingens. paruum adde rogantibus, vltor  
Iuste. seni haud poterunt ægro subsistere vires,  
Montis ut in nudo durare cacumine possim  
Vindictæ inter opus, tempestatisque procellas  
Sulfureas: humili subnixam ad proxima muro,  
Confugium nobis portusque aperire fideles  
Segorin oro sinas. quælaus, si parua iacebunt  
Mænia? cui superi: benè: Segorin arripe cursu.  
Cum prece pondus habet pieras: & auunculus vnâ  
Pro te voce preces ardendi ascendit in omnes.

Bela



Belae (eadem Segor) fuga tenditur ergo sub urbē:  
 Extremisq; senem fugientem attingit in agri,  
 Fata suprema ferens regno Sodomitidos, Eos  
 Emiso Ignipotens mox vim pater incutie Euro,  
 Et latè horrendo miscetur murmur cælum:  
 Fulminaq; à Dōmino Dōmini par dextera mittit,  
 Irarum torquens hyemem: atq; effunditur aér  
 Sulfure, & elisis abrumpitur ignibus æther:  
 Et Sebon Sodomasq; Adamamq; Gomorrhaq; flām  
 Coripiunt cumulo: cumq; vrbibus ignea circum  
 Tempestas campos inuoluit opimaq; culti  
 Prata soli. gemitu ac horrisono v lulatu  
 Submersa gentis ( quis talia fletibus aequet )  
 Omne furit cælum: mugitus saxa tremendos  
 Cum siluis referunt: luctuq; perhorruit amnis  
 Peneadæ, trepidumq; pedem reuocauit ab alto:  
 Aëriusq; ales pennarum vela remisit.  
 Nec verò potuit salua contingere Belam  
 Vxore Haranides: quia, dum tonat aura fragore  
 Horrifico, oblio dimittens pediore coniux  
 Cæli colūm mandata oculos animumq; reflexit.  
 Pressa solo extemplo tenuit vestigia tellus:  
 Dirigit ceruix, nec citrà mota nec vltrà:  
 In facie color es sine sanguine: duruit humor  
 Luminibus: vena desistunt posse micare:  
Congelat



Congelat oris iter : caua respiramina clausit  
 Lapsa in pectus hyems : esse intra viscera saxum :  
 Atq[ue] riger iunctura pedis, iunctura lacerti :  
 Et, sale durata, nihil est in imagine vitium .  
 Porro ubi subsistens natasq[ue] virumq[ue] fefellit  
 Vxor, & exuperant flammae, & magis ingruit astus,  
 Quem proprius voluunt incendia, turbida fumo :  
 Non hic tuta fides ( exclamat Lotus ) ab igni.  
 Ibo, mibiq[ue] loco ( Deus o ignosce ) cauebo :  
 Te dante expedior per flamas, hactenus atræ  
 Mortii interceptus, dictum factumq[ue] : relicta  
 Zare cum nymphis antro se mandat, ades  
 In latere Engaddi: gemituq[ue] ibi saxa fatigat.  
 Ad proatum dictis redeo, laudisq[ue] coronam.  
 Natus Isacus erat, virtusq[ue] adoleuerat annis  
 Orbe Palæstino: cum, quadam nocte reuoluens  
 Mente Dei benefacta, manus cum voce tetendit.  
 Maxime ter vasti Sator atq[ue] ter optime mundi,  
 Ore tua digno laudes quis ad astra vocabit,  
 Muneribusq[ue] vicem grates persoluet agendo?  
 Ter centum varijs praestent iter ora loquelis,  
 Infragilesq[ue] sonos ab abeno pectore rumpam :  
 In grates tamen haud suffecero : nam tua dictis  
 Maior erit bonitas, præsens in tempus omittam  
 Dona Creatricis, data genti ab origine nostræ:

I

Quæs



Quēis me prosequeris, tantummodo munera dicam.  
 Sintq; ea plura licet, quām quæ comprehendere verbis  
 In promptu mihi sīe: paulūm tamen ordine ducar.  
 Memet enim, Assyrijs stolidus qui sacra ferebam  
 Idolis, & opem nequicquam in vota ciebam,  
 Vlerò en ire tui iussisti in nomen amici,  
 Ac transcripsisti Chanae sine tempore ciuem.  
 Hic me, pollicitis propriis tua numina firmans,  
 Auxilio & donis toties complexus es amplis:  
 Dicitq; euentus multūm accessere fideles.  
 Vxor anus nato me (quinām crederet?) auxit.  
Ac velut ad ripam se consita subiicit arbor  
Vere nouo, aut pictos in honores induitur flos,  
Quem Zephyri mulcent, firmat calor, educat imber:  
Sic atas sobolis vires concepit, & ardens  
 Ingenuum patrias animum dimitit in artes.  
 Hac vina, casus voluam imperterritus omnes,  
 Nec fugiam quovis annos tolerare labore.  
 Quid? quid frugiferus pius Abimelechus in aruis  
 Sede vagam posita mihi dat componere curam:  
 Hospitiog; manus ac fædere iunxitimus ambo.  
 Hic igitur soluens languendi membra senectus  
 Frigore, me vita traducere cœpit agresti.  
 Suffeci ex gregibus prolem generando: frequentes  
 Demisi fossa puteos tellure: subactis

Manda-



Mandaui scrobibus vites : tabulara racemis  
 Intendi : sēctis alienum inolescere germen  
 Caudicibus docui , stirpesq; per arua feraces  
 Digeſi cultus ſtudui deducere riuos,  
 Ut facilis pecori tellus foret : uber ut eſſet  
 Frumentis aptum, ſola uomere pinguia verit:  
 Namq; leuant animos multūm arua colenda ſeniles.  
 Promiſis etiam facili , Pater optime , porro  
 Addere pro bonitate fidem , tibi cura ſedebit.  
 Spemq; fidemq; animo fomentis aggerat vſg;  
 Se quoties ſtellis fulgentibus intuit , aether :  
 Quas in certamen numero gens noſtra vocabit.  
 Solus eris , Ioua , meus ignis , erisq; voluptas.  
 Prater te , nihil eſt caelo terrāue , quod optem ,  
 Quod veneſer , quod amem: ter es optimus atq; ter ide  
 Maximus ; o ſi te quis habebit , is omnia habebit.  
 Vix hec ediderat : claro cum rupta repente  
 Lumine nocturnas percurrit flamma tenebras :  
 Et vox heroi percussas fertur ad aures :  
 Thariade , Hebrai maiestas nominis ingens ,  
 Præcipitato moras , & , quæ fero , iuſſa parato :  
 Sum Deus , ipſe Deus , mundi qui torques habenas ,  
 Et ſe , cum terris ineunda , ad foedera flectit .  
 Mons Solymæ aduersas aſpectat deſuper arces ,  
 Carminibus noſtras tollens ad sydera laudes :



Quò cælo educent operosum ex marmore templum,  
 Et mea laude ferent reges benefacta futuri:  
 Perq; meos sacram pracones omnibus vnde  
 Fama volans populis vocem diffundet in ora.  
 Grata mibi tuus hic ferro cadat hostia natus,  
 Spes tua, solamenq; tuum, curæq; leuamen.  
 Sic volo, sic iubeo: pro cauſſa hic esto voluntas.  
 Cui pietas cura es, animos ad vulnera duret:  
Nec tantum incipiat benè, sed benè definat idem.  
Felix, qui superat patiendo tristia: felix,  
Turbine qui reuocare gradum surgente refugit.  
Dixit, & aspectum subito cum luce reliquit.  
Cunctaq; firmato tremuerunt sidera nutu.  
Talibus auditis vocat in contraria sensus  
Cura grauis, gelidusq; coit sub pectore sanguis,  
Et corda ancipiti rapiuntur turbida motu.  
Non aliter, placidis quando Norus incidit vndis,  
Excitum tumidis affurgit fluctibus aquor:  
Et rapidis totus sub fundo exæstuat imo.  
Vorticibus, nigrasq; eructat gurges arenas:  
Perfusasq; vago nunc procurrentia terras  
Pertundunt æstu freta, seq; superiacit humor  
Exultans scopulos: reuocant ab littore retrò  
Nunc vada cum saxis pelagus reuoluta resorbens.  
Heu quid agat? mādata premūt hinc Numinis, inde

Pugnat



Pugnat amor, iussisq; vetant imponere flammis  
 Vnigenam promissa Dei: simul oscula blandi  
 In mentem veniunt pueri, lususq;, iociq;  
 Et quæ delicia patrem oblectamine tangunt:  
 Præterea studium pietatis, & oris honestas.  
Sic, quoties pluuias in nubes cogitur aër  
 (Imbriferum Ver quando ruit) densataq; pendente  
Nubila, & inducta caligine condituri aether: 5. 296.  
Luctantes quoq; sœpe dein per inania venti  
Prælia diuerso vi multa à cardine tollunt,  
Dum tellus nebulas voluit laxata repentes,  
Seq; vapor siccus rapientia ducit ad astra.  
Hinc sese Libycus madidis Notus incitat aliis,  
Acturus grauidum resolutis nubibus imbre;  
Inde ad Bistonijs contraria torqueat ab oris  
Bella furens Boreas, exercens aëre vires.  
Stat cœli in medio facies incerta: nec Auster  
Nubila permittit differti agitata per auras,  
Nec siccus pluuias Aquilo finit attere rumpi.  
Haud secus hinc dubijs curarum & tunditur illinc  
Fluctibus, ac sœuo cor Abrami carpitur æstu.  
Et via vix tandem luctanti rupta dolori es;  
Siccine fata, meæ requies ò sera senectæ,  
Isace, te par es subijisse? optataq; vanus  
Cum spe vana Notus iam surda per æquora iactat?



Téq<sup>z</sup> mihi inuidit sors, cùm felicia tandem  
 Ocia tranquilla concessum carpere vitæ:  
 Cur ô versa tibi pater es<sup>C</sup> sententia retrò?  
 Hacnē fides promissa? mea sic stirpe nepotes  
 Demitti poterunt, signis cœlestibus olim  
 Pulueribusq<sup>z</sup>, pares numero? sic deniq<sup>z</sup> cunctas  
 Per gentes celebri tua fama feretur honore?  
 Hanc ô, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.  
 Sed quidnam loquor? aut ubi sum? præstantib. Abra,  
 Nunc opus es<sup>C</sup> animis: nunc murus ahenus esto:  
 Neu præbe iam terga fugæ, sed peccora pugnæ.  
 Ibo, & sacra Deo mactata prole parabo.  
 Nam sunt certa Dei, nec habet promissa regressum.  
 Mandatoq<sup>z</sup>, licet fuerit datus Isacus igni:  
 Implebit patris ille ramen rediutus amorem,  
 Ipse vel in gentem sese cinis induet altam.  
 Quisquis es, esto tenax fidei: tibi quippe Creator  
 Fidus erit, sisfus eris: fiducia vincet.  
 Talia dum queritur: cœlo humida præcipitat nox,  
 Et, stellas hebetans, lux prima albescit. adornans  
 Singula, quis opus es<sup>C</sup> ad sacra viamq<sup>z</sup> (recepimus  
 Flamarum, vittas, concisæ fragmina ræda,  
 Et salsa fruges, animæq<sup>z</sup> leuamina fessa.)  
 Consilium texit vultu, ac latus ense reuinxit.  
 Clitellisq<sup>z</sup>, duo mulum instrauere ministri.

Tandem,



Tandem, ubi cuncta viæ de more accincta fuere,  
 Coniugis amplexum ficta cum voce petivit:  
 Sacra Deo faciam, Mloria quæ culmina surgunt:  
 Isq. modum docuit, quo victima grata litabit.  
 Interea dilecta vale: comes Isaacus ibit,  
 Et mecum, superum quo ducent iussa, sequetur,  
 Numinis ut laudem tenero meditetur ab vngui.  
 Nec mora: cum nato se teclis extulit ardens:  
 Iussaq. legerunt Domini vestigia serui:  
 Credita uox autem manifesto nulla dolori:  
 Ne quis consilio sibi cœpta piumq. teneret  
 Forte ministerium per agendi sacra cruore  
 Vnigenæ. Quenam verò suspiria traxit  
 Pectore? quam crebro suffudit lumina fletu?  
 Ducere vidit eum gemitus, lacrymisq. vacare,  
 Cum Sol emisit cumq. idem sustulit orbem:  
 Nox inter gemitus fletu quoq. tota madebat.  
 Tertia iam cultis lux prospiciebat ab horis,  
 Pampineum Engaddi nemus inter, & inter aristas  
 Nardi & odorato sudanaria balsama ligno.  
 Fatalisq. dies ibat, qua verna reuerso  
 Ad portas anni biparentis sidera Sole  
 Respiciens Aries, & quis noctemq. diemq.  
 Limitibus ducit: luci, exinde rependit  
 Nox brevis hyberni solatia debita damni:



Cūm duplice fessis aperit se culmine longē  
 Mons dictus Moriae, fumumq; cacumina voluunt,  
 Hic visam primus Moriam conclamat alumnis:  
 Hic Moriam lāto socij clamore salutant.  
 At magis atq; magis patrem circumstetit horror,  
 Et fugiente genis pallorem sanguine adauit  
 Subiecit metus, & signa edens ora notauit:  
 Pertentatq; tremor neruis torpentibus ossa,  
 Curaq; constricto corde acrior astuat intus:  
 Non secus ac pressus fornacibus ignis anhelat.  
 Ah quoties tenuit fixis obiutibus ora,  
 Et soboli ex oculis dulcem respondit amorem:  
 Ah quoties māsto demisit lumina vultu,  
 Nec prorumpentem potuit suspendere fletum.  
 Ut ventum in valles, quā pons amplectitur arcu  
 Cedronis vada, monsq; horret nemoralibus umbris,  
 Religione sacer Patrum, fatoq; binortex:  
 Sustinuit gressum, monitisq; silentia rupit.  
 Sistite iam comites vestigia, perq; virentes  
 Hic vobis herbas quadrupes custodibus erret:  
 Donec cum puero suscepti soluere voti  
 Per sacra digna fidem, quā se iuga proxima tollunt.  
 Nil res diuinæ rationem quippe morantur:  
 Et frustra excuties oculis cœlestia lippis.  
 Hac ait, & flamas excusit anhelus ab aura:

Ligno-



Lignorumq; oneri natum succedere iussit,  
 Abdita fata notans . mox ad iuga tristia longo  
 Nititur ascensu Moriae : patriamq; secutus  
 Impedit Isaacus dextram , sub pondere curuns.  
 Hic verò pecudis , cuius crux imbuat aram ,  
 Cura subit iuueni : præsagaq; funeris , ecce  
 Mens tacitum insinuat labefacta in corda pauorem .  
 Ergo : en , chare parens ( ait ) ignem , en ligna : sed  
 Dic , ubi , soluat honos quo uoti debita cæso? ( agnus ,  
 Mitte ( refert genitor ) curam hæc de pectore , mitte :  
 Scit Deus , ipse Deus , cuius iam iussa capesso ,  
 Vnde foco placitos mactare queamus honores .  
 Ter verò ora mouet , iussa ut diuina resignet  
 Quærenti , pater : at ter ei vox faucibus hæret ,  
 Frustratur ter ligna sono , nec verba sequuntur .  
 Iamq; datum fuerat montis superasse cacumen :  
 Florum ubi planities ludebat amœna colore .  
 Expedit ergo manum , positisq; altaria faxis  
 Excitat , intendens ferali structa cupresso ,  
 Et spargens pariter viuacis germine filuae .  
 Tum triplicem è secta struit ilice mœstus aceruum :  
 Suspiciensq; diem , quam nondum stare videbat  
 Supremo medij libratam cardine cœli ,  
 Talia turbato suspiria pectore rumpit .  
 Nunc ô Sol prætexe nigra ferrugine frontem :

I 5 Fati-



Fatiferum eæcis nunc montem amplectere penuit,  
 Atq; cade in cœlum densa Nox ocyùs umbra:  
 Teq; simul lacrymis effundis ruentibus aër,  
 Et luctus testare tuos: raucumq; ciete  
 Mugitum sub humo valles, perq; omnia currat  
 Spiramenta tremor: date deniq; saxa ruinam:  
 Dum iugulum unigenæ sœuo mucrone recludo,  
 Et, viðius pietate, Dei mandata facesto.  
 Natae, extrema meæspes lenimeng, senectæ:  
 Natae, quies optata patris, matrisq; voluptas:  
 Natae, mihi dulci iunctudior vnice vita:  
 Iamnè paranda tibi sunt sacra, animaq; profundi  
 Iamnè cremandus eris, cui duci à sanguine debet  
 Gens, quæ par numero sit arenis, parq; sit astris?  
 Iamnè immite neci te fatum dedet iniquæ,  
 Cuius stirpe ducis venturi exhibit origo?  
 Qui genus humanum meritis in pristina reddit?  
 Omnibus alma salus quo præside pendet ab uno:  
 Sub quo Sol oriens sceptra occiduusq; tenente.  
 Iccircōne tibi, cum lustris pluribus atas  
 Iam mihi canderet, ( tibi nempe, totusq; petito  
 Heu votis ) natalis ijt, sub lumina natum  
 Ut patris telo crudelia fata sacrarent?  
 Starerq; ad eorū grauis altè vulnere mucro?  
 Hei miki: quam nobis exercent sœpe dolendas

Fata



Fata vices : quam spem iucundam lataq; turbo  
 Vora citò in Boream vertit, diserptaq; donac  
 Nubibus: & cuncta nihil est à parte beatum.  
 Hac in rupe Deo grates celebrabat Adamus :  
 Feliciq; animos, exercita luctibus, Heua  
 Omine tollebat flamme, quæ fera petebat  
 Ex alto. cupidis gratos hinc duxit odores.  
 Naribus Imbripotens, ubi dona peregit ad aram  
 Noa. dabat Semo Deus hic responsa precanti.  
 Nunc idem in subitum mittit locus omnia casum,  
 Et mihi perpetuos incendit pectore luctus.  
 Hei mibi, luce dies quantum hic mutatus ab illa,  
 Obvia cum duxit Sodomæ vestigia ferret,  
 Et cincta indueret viridi mibi temporaliauro :  
 Cumq; simul Rector Solymæ superumq; sacerdos,  
 Instituens festis epulas, & pocula ponens,  
 Dicenda cuperet laude ac libamine fungi :  
 Lata mihi annumerat postquam victoria pugnam,  
 Lætitiaq; via passim plausuq; fremebant.  
 Sed quia mente tibi, Ioua, hac sententia sedet :  
 Nec tua iussa licet prece flecti, vrgentia, cade  
 Prolis vti fungar : sequor, & quæ duxeris, assūm.  
 Cum piecātē fides superabit, quicquid iniqui est :  
 His sese stimulis Abræ dolor ipse lacebit :  
 Et simul, ex alto miseratus durè querenter,

Sol



Sol tenebris inuoluit equos: cœlumq; repente  
 Soluitur in lacrymas: humus horrificum mugitum,  
 Siluaq; lugubrem sonitum rupesq; volant.  
 Purpureo verò iuueni color ora reliquit,  
 Astrictumq; fuit gelida formidine pectus:  
 Diriguitq; oculis fletus, caligine tectis:  
 Nec menti vires aut suffecere palato.  
 Hausit vbi cœlum, rediitq; in pectora sensus:  
 Adduxit blandis genitori colla lacertis,  
 Atq; gemens lacrymas verba inter talia fudit:  
 Parce pater mihi, parce pater mibi, terg, quaterq;  
 Oro pater. soboli quid ferro guttura nudas,  
 Et struere infandis gaudes altaria donis?  
 Sicne animum de me patris ejcis ipse benignum?  
 Sicne meo gestis dextram scelerare cruento?  
 Omniae ex animo promissa obliuio delet?  
 In melius cures, pretor, impia cœpta referre.  
 Iсаaci vocem lacrymis accepit Abramus,  
 Ardorisq; pj paulatim adduxit habenas:  
 Et ferrum digitis cecidit lethale remissis:  
 Charaq;, mente labans, complexu colla tenebat.  
 Sed postquam infractum patro consistere sentit  
 Pectus amore sibi: memori data mente requirens  
 Mandata, & cœlo tendens oculosq; manusq;  
 Autoremq; affatur iusserum. iterumq; repente

Subiectis



Subiectis Pietas stimulis præcordia versat,  
 Secluditq; metum. quid conijcis ore querelas,  
 Nate, ô spes (fatur) nostri, ô solatia nostri?  
 Quid voluis lacrymas? patienti & viribus aucto  
 Res animo, haud questu lacrymisq;, hoc tempore a-  
 Fas est iussa sequi, celo delata per auras. (genda.  
 Porro, fides Iouæ dictis ne desit, oportet:  
 Quamvis sacrificio iugulum des Isace cultro,  
 Membraq; nunc flammis permittas. namq; ruinam  
 Ignis utriq; dabit citius rapidissimus axi:  
 Et chaos antiquum repetens, & secula cogens  
 Omnia, confundet socialia fædera mundus:  
 Quam non dicta Dei res euentusq; sequatur.  
 Æthereus nuptæ Pater omnes reddere vitæ  
 Omnipotente potest Verbo, quos fata tulerunt.  
 Res nihilumq; apud hunc nullo discrimine habentur:  
 Rem creat è nihilo, redigitq; deinde creatæ  
 In nihilum. In vitam potes ergo redire, supremos  
 Telicet in cineres populatrix flamma resoluat.  
 Mortuus en viues: erit hac mors ianua vita.  
 Sic ait: & valido pia robore pectora fultus,  
 Proli in incæpto iugulandæ immobili bæret:  
 Ardua ceu, furijs exposta marisq; Notiq;  
 Mole tener rupes sese, & latrantibus æstum  
 Fluctibus illidunt frustra, indignantia circum,

Æquora,



*Æquora, tempestasq; insano effunditur Austro,  
 Vsq; adeò Pietas à tristibus augmina rebus  
 Concipit & robur: velut altè, pondere pressa,  
 Tendat in aduersas quoq; palma assurgere vires.  
 Hinc itaq; Abramides in mortem audentior ibat,  
 Maioresq; animos in fata suprema ferebat,  
 Atq; fide lethum mulcebat speq; timorem.  
 Astrag, concipiens mente, ac promissa revoluens  
 Numinis, has imo voces à corde trahebat:  
 Iustus es & verax, ô iusti sanguinis aleor  
 Et sator, esq; bonus, finemq; potentia nescit.  
 Quandoquidem haud fas est prece condita fata mo-  
 Adsum, nec iugulo ferrum fatale reuso (ueri:  
 Accipere. ac licet in ventos mea vita recedar:  
 Non tamen eternus tumulo me puluis habebit.  
 Viuam illustre genus populo hac per regna daturi:  
 Deg, mea tollet stirpe Ultor Dæmonis ortum:  
 IJaaciq; sibi benè cuncti in semine dicent,  
 Dum Solem aſidui voluent Lunamq; labores.  
 Ec mihi dulce, mori tibi: de me videris ipſe.  
 Forſan & hic olim vitam per vulnera linquer  
 Heros virgineus, soluerq; piamine culpam,  
 Suscipiens partes inter nos teq; sequebras.  
 Vnum oro, dilecte parens: solatia mœſta  
 Dic matri, ignaram tanti quam linquo pericli*

Inq



Inq<sup>u</sup> salutatam manibus quām pectora planget?

Quām me clamabit, crudeliaq<sup>u</sup> astra vocabit?

Mors nostra ô utinam genitricem fallere posset:

Sola necis genitrix minuit mibi gaudia: quanquam

Vita gemenda sua es illi, non mors mea. fatus

Talia, purpureos humeris reiecit amictus.

Sic, tentans vires, quando Africus aquora tollit, 5. 329.

Inq<sup>u</sup> tumescenti deprendit gurgite puppim:

Nautica vis remis insurgit, flamina contra.

Sed quoniam incassum tonfis verrendo fatigat

Aequora: fledit iter, quā cursus aura vocauit.

Tempora mox vittis, & nodis impedit artus

Rite senex: natq<sup>u</sup> suis pius oscula tangit,

Ingentesq<sup>u</sup> ciet gemitus: Nunc optime salve

Æternū, æternūq<sup>u</sup> vale: nil restat Isace,

Quod loquar, ulterius. te laude in secula mitte

Posteritas: istamq<sup>u</sup> memor dein semper acerbam,

Semper honoratam lucem te propter habebit.

Dixit: & apprensos nati trepidante supini

Implicuit lœua crines, dextraq<sup>u</sup> coruscum

Exultic, ac iugulo voluit supponere ferrum.

Sed nemore ecce repete fragor noua murmura miscet

Aridus, horrescitq<sup>u</sup> abruptis aura procellis,

Propitiusq<sup>u</sup> rubra dissipat fulgor ab æhra.

Thariadæq<sup>u</sup> manum reprimit, iam iamq<sup>u</sup> minantem

Vulnera,



*Vulnera, præpetibus libratus in aëre pennis  
 Angelus, atq; animam pueri sine, parce cruentæ  
 Parce neci. fidei simulata menie reposam  
 Tentamenta tue pepigit modo Ioua per artem.  
 Edidit: ac pennas iterum per inania iactans  
 Deseruit visum, & nubi se immiscuit atra.  
 Suspiciunt: fragor ingeminat, rata signa fauentis  
 Agnoscunt cœli: tolluntq; ad sidera plausum.  
Aspera iactatis ita puppe per æqua nautis,  
Gaudia diffundunt animos: substringere vela  
Quando datur tandem, terræq; aduertere pinum;  
Securamq; licet dare per lassata quietem  
Membra, diu postquam pelago traxere laborem.  
 Ne tamen absq; sacris Iouæ sit Numen in ara:  
 Ecce aries retrò, villis argenteus albis,  
 Luctatur cornu dumis obnixus adunco,  
 Impellitq; auras strepitans, & spargit arenam.  
 Arreptum vacuis altariis admouet Abras:  
 Supponensq; facem, Domini fert carmine laudes  
 Cum puerο, vocemq; pijs inflectere gaudet  
 Cantibus. Hinc celeres vox excidit alta per auras:  
 Quādoquidē vñigenæ mihi sanguine promptus alè-  
 Thariade, flammis aram placare volebas: (dis  
 Ore tuum officium placido dimistro, nec villa  
 Executient, inij quod tecum, secula fœdus.*

Editio



Edita mente memor referas oracula : ponet  
 Stirps tua sub magna rerum fundamina mole :  
 Inq. plaga regnum peragens æcumq. Chanæa,  
 Excedet numerum stellarum , excedet arenarum :  
 Imò , tua propter ductorem stirpe creatum ,  
 Haustia fides populos , quæ terras æquora claudunt ,  
 Morti intercipiet , cœlumq. erit exitus ollis .  
 Cum patre perfectis Isacus honoribus inde  
 Ad comites recipit se se ; matremq. reuifie :  
 Et pulsata refert ad sidera carmina vallis  
 Dista Deo : vallis , septenis nomen ab agnis  
 Que tenet , Ægypti vastis contermina filuis  
 Ad Noton , & pelago , quod Sole cadente repescit .  
 Exitus hic culit ergo fidem , data iussa sequentem :  
 Cuius quis peragat digno præconia versu ?  
 Sola fides superare potest aduersa ferendo :  
 Sola fides prohibet dispergi turbine vota :  
 Sola fides lætam dat inire per æthera vitam .  
 Annus , ab hoc decies natalibus atq. ter actie  
 Tempore Saraidæ , genitrici luctibus ater  
 Texit Ephronæis in vallibus ossa sepulcro :  
 Quæ spelunca , duplex secessu , altissima visu ,  
 Magnifica Hebronii contrâ respondet . ibidem  
 Sex & triginta posc orbes Solis Abramum ,  
 Quinq. ac triginta numerantem lustra sub auro ,

K. Hares



Heres ( qui præter numerum hunc etare peregit  
 Lustrum ) composuit, signans ita carmine saxum :  
 Hic situs est Abrahas , currus auriga sacrati,  
 Quem tenuit rectè , nec fortibus excidit ausis.  
 Perfudit lacrymis quoq; lectum in marmore nomen  
 Ismaël accitus , Abram ter & ore vocavit,  
 Cui se debebat . geminiq; dedere nepotes  
 Plangorem ad tumulum , Iacobus & Esau , etas  
 Cum tria fecisset quinquennia . namq; gemellos  
 De magno Isaaco conceperat ore Rebecca  
 Conspicienda , Syri Bathuelis filia : postquam ;  
 Voto haud parcentis , per bis duo lustra mariti  
 Seruarat sine prole ihoros . ea quando ferebat ,  
 Numinе propitio , ventrem , signumq; premebat  
 Sol decimum : insolito grauitas lactamine discors  
 Ter quater incepit fatalem tendere matrem .  
 Exanimata metu , genitrix responsa petebat  
 Ex adyto Semi : sortem qui reddidit istam :  
 Cerno duos populos , nec vi nec honoribus aquos ,  
 Sanguine quis illustre genus se scindit ab uno .  
 Remq; sui iuris maior pugnando tenere  
 Non poterit . minor ecce sibi , moderamina tractans ,  
 Mitteret in arbitrium maiorem , vana querentem .  
 Sic cecinit Vates : eueneus dicta probauit .  
 Vtq; Rebecca potens votorum , uteroq; laborans ,

Tempore



Tempore completo, conata escedere partus:  
 Primus iter tenuit sub limina lucis Esauus:  
 Cui, sine more, pilis densissima corpora ruffis  
 Horruerant, leuesq; amplexus dura terebant.  
 Captante huic verò strinxit vestigia dextra  
 Iacobus, iam tum certa quasi fratrius honorem  
 Spe sibi præcipiens, & ei vim tendere quærens.  
 Occupat hinc etiam maturus veterq; vigore  
 In studijs animum diuersis, robore pollens,  
 Exercere diem venatibus alter amabat  
 Per nemora, & montes cursum clamore prementes  
 Ceruorum: rapidisq; intendere cornua telis:  
 Cornipedemq; fuga quatere, & compescere frenis.  
 A Semo accipiens studiorum elementa magistro,  
 In cura alter erat pietatis, & arcis, & equi:  
 Seruabatq; domos, & sacra minister obibat.  
 Isq; viam inuenit, qua, non sine numine, tandem  
 Primigenia claro succedere posset honori.  
 Aestus erat, mediusq; dies contraxerat umbras,  
 Et Pelusiaca sibi tenuia prandia lente  
 Mitior Isacides instruxerat: ecce trahebant  
 Fata sua Esauum: qui, cursu lassus & astu,  
 E nemore, infecto captarum cæde ferarum,  
 Cum telo se se referebat cumq; pharetra  
 Et canibus, melanguor habet: tua prandia capto,

K. 2      Frater:



Frater : ait. detur mihi gratia quæso viciissim,  
 Et mihi ius primi natalis pro dape cedat :  
 Ille refert. morti nos ( excipit Esau ) atræ  
 Nostraq; debentur : sunt ô natalia tanti  
 Iura mihi ? accumbam dapibus : quibus omne teneto  
 Ius tibi primigenæ transcriptum. hoc audiat æther.  
 Sic, generis vili tum lente insignia mutans,  
 Venator titulo se pontificisq; ducisq;  
 Abdicat. assensu partes quoq; nescius implet  
 Deinde parens, propior letho, exhaustusq; senecta :  
 Cui stupor vrgebat vultus caligine inertes.  
 Venatoris amans, is contendebat inanes  
 In curus animum, conabaturq; tueri  
 Spem benè dicendo maiori, huic talia fatus :  
 Esæ, noster amor, stirpisq; potentia nostræ,  
 Primitiumq; decus : forsitan mox cessero vita.  
 I, pete venatu prædam mihi dexter, & vndum  
 Pone patri ; laute dape funditus ut aspera molli  
 Omina voce leuem, precibusq; futura secundem.  
 Suspendens humeris arcum, & venabula crissans  
 Transit equum cursu venator : lina sequuntur  
 Nodosa : & portis sese acris nare canum vis  
 Proruit, ac nemori cursu, & latratibus instat.  
 At pia mente nouas artes mirumq; Rebecca  
 Versat consilium : vocem maioris & ora

Vt



Ut fallat minor, & patre auspice, fata canente,  
 Ante locum capiat, nam ter memor, edita quondam,  
 Secum oracula refert, accingitur ergo paranda  
 Ex bedo cœna pateri, fallente ferinam :  
 Dum siluam Esauus canibus iaculisq; fatigat.  
 Quam cœnam ut, fratrem simulâs, Iacobem ministres:  
 Aspera pellis obit palmas, & leuia duras  
 Induit in seras colla: & vestigia verrit  
 Ostro auroq; rigens cyclas, stellataq; gemmis,  
 Nobile gestamen germani: & balsama crinis  
 Spirat. Vbi ingressus genitori ponere mensam  
 Instituit: quis ades? quis? ait pater, Esau adsum,  
 Is memorat: cessas in cœnam votaq; cessas?  
 Me tibi cum præda poscentibus affero fatis.  
 Tannè citò in casses fera decidit? Isacus infit.  
 Quid? si fraude petar? nam uox sonat ecce Iacobum.  
 Iunge manum: tactu mea veri haud vana feretur  
 Dextera, quid dubito? respondent hispida tactu  
 Corpora, nunc epulis mensam extrue, vinaq; funde.  
 Finis erat mensis: age patri (ait) oscula, nate,  
 Porridge, porrexit Iacobus: vestis odorem  
 Diffudit pariter, notaq; odor attulit auras.  
 Tum vero: ô salue ter & amplius (ille profatur)  
 Nate, mihi longè dulcissime, qualibus, alme  
 Vbere tam segetis quam floris, odoribus halat

K 3      Vallis



Vallis ager : tales vestis tua naribus afflare.  
In bona danda tibi iurabunt pontus & aér,  
Et terra ; ac fætu largo tibi seruiet arbos,  
Et vites, & agri, pecudesq; , seraq;. relata  
Rerum ad te summa, Chananeidos incola terræ  
Ate iura petet : fratrem quoq; sub iuga mittes :  
Et sua dicentem tibi vel bene vel male tangent  
Omina. sic fatus, superos in verba vocabat.  
Iamq; potitus erat voro, qui maxima sanctæ  
Cura fuit matris : spoliata remisit Esauum  
Mox silua, & gemuit prædæ sub pondere currus,  
Se prædæ accingunt comites, in frusta secantes :  
Pars verubus stridet, pars in feruentibus vndis  
Exultat. seq; inde patri cum munere sistens :  
Coniuiam ( inquit ) agas lacum pater : ecce ferina.  
Excusit trepidum lecto vox ista parentem :  
Et : quis es ? exclamat. nosco vocem, Esæc, nosco :  
Heu serò nimis ora sono discordia signo.  
Fraude tuos titulos intercipit amplaq; frater  
Munera, cumq; illo veniet tua gloria nunquam  
In parem. haud metuens noxam, sed ferre repulsa  
Impatiens, questu venator sauit ad astra :  
Nec pacem exquirit Iouæ : sed poscit honores,  
Fraude sibi creptos, reddi, iustitq; precando  
Sollicitare fidem patris, lairymasq; ciendo.

Fata



Fata<sup>c</sup> refert genitor ) superant : absiste precari  
 Per lacrymas. me fata regunt : quid tempora perdis  
 Orando ? Esauus nihil hac responsa moratur :  
 Sed vota ingeminat. tandem succedere partem  
 Dat voti Abramides : at pars discerpitur Euris.  
 Vincor, ait : tibi sit stirps ergo facillima vi<sup>et</sup>tu,  
 Sœuusq<sup>z</sup> omne teras armis discordibus auum,  
 Et tua se gladio fors debeat atq<sup>z</sup> sagittis :  
 Eripiasq<sup>z</sup> iugo collum, ferrumq<sup>z</sup> retrahes.  
 Prima mali hinc labes Iacobo, insania mente,  
 Osibus & fibris dolor implacabilis ardet,  
 Fronsq<sup>z</sup> minas præfert irarum : ac tempora captat,  
 Quis fratri fuso crudescat sanguine luctus.  
 At genitrix motus exceptit, cede futuros :  
 Consiliumq<sup>z</sup> iniit, quo fratri a<sup>c</sup>erbamiantur  
 Vim pestemq<sup>z</sup> domus aræq<sup>z</sup> euaderet hæres.  
 Idem animus patri, tua dicta Rebecca probant.  
 Se pius ergo fuga Bersabæ è valle remouit  
 Isacides iussam maternæ in Haranidos urbem :  
 Extorriq<sup>z</sup> Laban sua iussit auunculus illio  
 Armenta atq<sup>z</sup> greges parere, & credita latè  
 Sollicito cessit fæti custodia campi.  
 Hic vir hic es, decies qui sanguine bisq<sup>z</sup> virili  
 Saraiden, sed non ex una coniuge, fecit  
 Exul auum : eiusdemq<sup>z</sup> fero me stirpis alumnum.

K 4

Quis



152

I O S E P H I A D O S

Quis verò mala, quæ subiit, sermonibus æquer,  
Ac vita possit complecti fando labores?  
Pauca tibi è multis referam, relegamq; paternas  
(Quandoquidè præbes aurem) memor ore loquelas.  
Quæ loquor, ore meo præsentem crede locutum.  
Illi aliquando, diem fallenti, meq; docenti  
(Seruabant ruri fratres) ab origine ducto  
Vita sua & cursus tali in sermone fuere.

Q V I N T I L I B R I I O S E P H I A D O S  
F I N I S.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

JOSEPHI A DOS

LIBER VI.

**D**Osqquam res Chanaæ, sacrorum & stir-  
pis honorem,  
Cunctaq; primigenæ nobis transcribere  
voto  
Iura, patri & superis visum: sauitq; sub imo  
Corde pudor fratri, luctuq; insania misto  
Æstuat, inq; caput nostrum dolor arma coruscat  
Impius, atq; fides debinc non es fratriss ob iras  
Tuta domi: auspicijs diuūm, monitisq; parentum  
Mutare exilio Bersæbes limina cogor,  
Et, longum per iter, sub Eoa, verinq; rigata,  
Regna fugam petere, & Charris mandare salutem.  
Nondum astas erat in cursu, spacioſa diebus:  
Et genitor cursum fati agitare iubebat.  
Noctem in complexu fletuq; diemq; moramur:  
Tum patriæ fines linquo, & mihi debita fati,  
Rura: parens blandis per vota, per omen, vterq;

K 5      Prose-



Quotq; tuo populis memorabilis afferet etas  
Auxilium aduentumq; Dei de sanguine natis.  
Imperium tuae gens reget, intractabilis armis:  
Quà deuexa Noto premitur Chananaeis aquoso,  
Et quà consurgit rigidos Aquilonis ad ortus:  
Quà pelago alluitur, calido quà subdier Euro.  
Nunc idem cognata Syrum quoq; tutus ad arua  
Me carpes ductore viam: patriamq; reuises  
Deinde vigens opibus: promissaq; pondus habebunt.  
Sic ait, & fœdus librato fulmine faneit.  
Executive somno: sanguis cum mente relinquit  
Attonitum, tangitq; loci reverentia mentem.  
Hunc lucum, hunc (memoro) frondoso vertice collé  
(Quis Deus, exadū es?) habitat Deus. ætheris (in-  
Hic porta est verè, nec inanis corda pauore (quam)  
Stringit religio. terreri hac sola putauit  
Relligione tenuis, præsentis conscientia Iouæ,  
Berseba, & Solyrias, vallemq; ad Hebronare reduxit.  
Tollor humo: ac, triplici quod in vna è marmore mo-  
Duruerat, saxū, capiti (mirabile dictu) (lem  
Suppossum, facio monumenta perennia dia  
Noctis: & arreclum statuens, oleoq; supernè  
Perfundens, urbem Bethelis nomine signo:  
Et mea vota tibi, Deus ô mitissime, pando.  
Si bonus & felix: tutusq; pericula lustrem:  
Et fint,

Et sicut,

Et sint, unde petam mihi viclū ac regmen, egestas  
 Ne spem deficiat, nimium vel ponat in arcto:  
 Præterea charis opeata parentibus hora  
 Conspicuum reddat nati, felicibus audi  
 Connubijs. ita solus eris, dum spiritus arius  
 Hosce reget, cui me votiu[m] munere damnem:  
 Nec non sacra tibi ponam de marmore templaz  
 Hoc in colle redux, votisq[ue] frequentibus aram.  
 Incendam, decumisq[ue] meis celebrabore, restio  
 Votorum & fidei soluenda in vallibus esto  
 Iam lapis hic, oleo rinctus, tituloq[ue] notatus:  
 Quo caput effultus noctu, tua verba recepi  
 Auribus, & genios vidi se ferre referre  
 Per scalam gressu nitente, ad sidera ductum.  
 Illa polum tangens (nisi me sententia fallit)  
 Virginei herois naturam veranq[ue] notabat:  
 Qui Deus est & homo, terram astraq[ue] fædere iunges.  
 Quin eadem monitis sanctorum pectora formar.  
 Qui gradibus scalæ, contendis in astra cacumen,  
 Ascensum tenuit: nouitq[ue], potentia pacem,  
 Vota Deum terigisse fide: de vertice deorsum  
 Scalæ is deinde gradus per eosdem dueere sese  
 Debet, ut, indicio fidei virtute peracto,  
 De generi humano tribuat facilemq[ue] bonumq[ue].  
 Ros est viua fides, & silua uberrima fructu:

Non



Non steriles rubus, aut res mortua, fataque poscunt,  
 Ut vita hic aliquot per lustra supersit agendo,  
 Enitarque mei memores fecisse merendo,  
 Quis decet officium tribui pietate viciissim,  
 Ceu veniam & bona dando mihi Deus ant<sup>e</sup> patebat.  
 His actis, lucem patrum de more saluto:  
 Et cum Sole vias ineo, repetoque laborem.  
 Arripio valles animo cursuque patentes,  
 Regum, ad Iordanis fluuum, de nomine ditas.  
 Sub nemore umbroso curas leuat atque molestem  
 Leta volucris iter: nec non solamine lucius  
 Sollicitos minuant distincta coloribus arua.  
 Nam mecum hac: volucres oculis seruare memento.  
 Fronde super viridi concentibus aethera mulceret  
 Alituum genus: inde famem solatur in agro  
 Securis animis, misso per inane volatu.  
 Cuncta id habet: nec habet quicquid, non uomere terram  
 Sollicitat: sibi non curat distendere messe  
 Horrea: nil desit tamen, hinc ad germina rultum  
 Demitte, & per agros circumfer lumina pictos.  
 Non labor exercet florem, non pensa trabendo  
 Exonerare colos solet, aut intendere telas  
 Stamne: nec tamen huic opulentus honore tyrannus  
 Natiuo trabec certet, volitantibus ergo  
 Si diuina dapem manus obijcit, omnia curans

Iure



Iure Creatoris : si mille coloribus herbas  
Tantus velat honos, falcis mox dente petendas :  
Quid de me fiet, bonitas quem resfcit alma  
Ante creatorum genus omne, intenta paterno  
Obtutu ora gerens ? præsto herbas, præsto volucres.  
Sic mecum : inq. Dei verbo vestigia rorci.  
Inde caua exupero Iordanis flumina pinu :  
Et vada clementis pedibus transmitto Iaboci.  
Mox pede thuriferis Gileadi montibus insto :  
Et nemore euado , monstrorum horrente latebris.  
Acer ad Euphraten cursu , quæ semita monstrat,  
Hinc me corripiò : tandemq. ad Haranidos urbem  
Sisto laboris opus : Fortunæq. omnia mando,  
Fortuna haud cæcæ, sed ab illo rege profectæ,  
Qui per humum , cælum, freta iura dat. Axe tenea  
Sol iter ulterius medio, rapidusq. vapore (bat  
Findebat campos : ubi fons ( incinxit hiatum  
Cessps viuus ) erat, vitrea pellucidus vnda. (res .  
Frigora silua dabat quoq. iuxta, humus humida flo-  
Hic tres forte gregem, quæ texerat umbra, magistri  
Seruabant, gracili tentantes carmen auena.  
Infero me lætis socium pastoribus vltrò :  
Fortunamq. ab ijs opulentí disco Labanis.  
Ac dum sermones per mutua cedimus : ecce  
Nata Labane venit, formæ integra dote puella,  
Rahelis:



Rahelis: & pecudes ad fontem cogit hibisco.  
 Flauentes auris dederat diffundere crines,  
 Marmoreos media plus parce exerta lacertos,  
 Et vincis exura pedes, & flore solutum  
 Cincta caput: lumenq; ori natura decorum  
 Afflavit: comitemq; Charin capiebat honestam.  
 Ut vidi: ut traxi gematum labefatus amore,  
 Et coit feruens subito in praecordia sanguis:  
 Et lacrymis oculos suffuso, vulnus adacto  
 Ima mihi telo persedit amoris ad ossa.  
 Tentauiq; viam, qua mecum incendia virgo  
 Pedore conciperet. fonti obijce submouet astus  
 Saxum antiquum, horrendum, ingēs: quod turba subibat  
 Pascentum validis manibus tollendo, coacta  
 Vallibus è cunctis, cum iam, compulsus in rnum  
 Vndiq; gressum potum sub Sole per arua venirez.  
 Pastorum numerus nondum constabat, ad istud  
 Saxy onus vrgendum manibus: pecudesq; leuare  
 Fonte sitim optabant astumq; inspirat amica  
 Vis animos, cunctumq; ego corporis aduoco robur,  
 Et vires incendit amor: & poplite nitor  
 Multa trudens vi molem: puteumq; recludo,  
 Ut tempestuo deponant Rabelis agni  
 Fonte sitim, ilignis currente canalibus. inde  
 Brachia ter collo do circum virginis ardens,

Osculaq;



Osculaq; admoueo perfundens flumine vultum:  
Quiq; genus sim, quoq; loco fortuna sit, edo.  
Subdidit haustus amor nymphæ mox osib; ignem,  
Nec fletu caruere genæ, rumoribus implet  
Nuncia mox patrem: qui, cursu mœnia linquens,  
Diffundit vultus, ac votis omnia reddit.  
Figimus amplexus, & labris longa morantur  
Oscula, tum tectis accepto lautia præbet.  
Iam semel in plenum sua Luna coegerat orbem  
Cornua: me late secum per mœnia dicens,  
Naborides ostendat opes, arcesq; domosq;  
Et fama, & cunei trifidi decora alta theatri,  
Murorumq; minas duplices,stantemq; sub auras  
Turrim in præcipiti: tum propugnacula, portas,  
Foscarumq; moras, & inexuperabile vallum.  
Progressi ulcerius vestigia lenta mouemus  
Per iuga, per valles & agros, hic vasta sonantis  
Stagna coronat aquæ lucus, lætissimus umbra:  
Cura illic solers horros colit, vñibus aptos,  
Delicijs aptos. hic factu cuncta grauescunt  
Pampino, & vites vltimi tabulata sequuntur:  
Illic frugiferis campus flauescit aristis.  
Hic siluam collefq; boves mugitibus implent:  
Illic prætagreges carpunt, fruticesq; peragrant:  
Agrestemq; caua meditantur arundine Musam  
Pastores,



*Pastores, & imago iugis offensa resultat.*  
*Deuenimus tandem loca flore nitentia : custos*  
*Quà pecudum , fago sub defendantे calores,*  
*Inter oves Rabel telam percurrit eburno*  
*Pectine , fæmineum cantu solata laborem.*  
*In flamas abeo totus : patrisq; recursant*  
*Iussa, super thalamo data, matris in vrbe parando.*  
*Coniugiumq; Laban vt det, rogo . vota pacicens*  
*Ille valere sinit : nec propter Rahelin , inter*  
*Armenta in campis vitam tolerare recuso*  
*Seruitio , donec mihi septimus exeat annus*  
*Curribus. hinc studij formantur agrestis ad ysum,*  
*Me domitore, boues : & custos pascua seruo :*  
*Cumq; die surgo, sed non cum luce recesso.*  
*Imò labore diem præuerto semper iniquo :*  
*Seraq; vix oculos operi sinit hora quietum*  
*Furari, curasq; simul compescere somno.*  
*In saltus pecudes primo cum sidere mitto*  
*Luciferi , iubeo seræ decadere nocti,*  
*Tegminibus nemorum suppono : canalibus amnem*  
*Fundo : thymum sale contingo, studiumq; magistre*  
*Artis amo , ut grauido superent vix vberè limen.*  
*Pabula per campos manibus lego , lecta ministro :*  
*Perq; hiernem stabulis armenta gregesq; tenentur.*  
*Deniq; sufficio prolem generando quotannis.*

O quoties



O quoties etiam sub die per uigil egi  
 Excubias, contra furesq; luposq; per arua:  
 Et noctem calamo desideriumq; fefelli.  
 Vicit amor tamen omne malum, patientia vicit.  
 Annus agebatur iam septimus: instruo tardas,  
 Ut capiam tandem sperata gaudia forma.  
 Eloquar? an fileam? laeuo se numine mutat,  
 Captus avaritia, sacer: ac deducta recingit  
 Nocte soror sponsæ Zonam Lea, grandior annis,  
 Nec nitidis oculis spectanda vel oris honore.  
 Sic fore confidit (nec opinio fallit avarum)  
 Ut, si deinde thoro mihi iungere Rabelin opem,  
 Ulterius curam serui per ouilia præstem.  
 Inuado sacerum dictis, & iurgia necto:  
 Ora manu plangens, effusaq; fletibus, yna  
 Subiecta stimulos irato sponsa. quid ille?  
 Prima es nupea tibi: nos gentis more tenemus.  
 Ne saui. si tantus amor tamen oſibus hæſit  
 Alterius natæ: nihil obſto. age Rabelin æquè  
 In partem thalami recipe: & decurre labore  
 Ulterius, donec tibi septima rursus agatur  
 Inter oues æſtas. mē ſanè ueris amico.  
 Hac sacer egregius, me victus amore remitto,  
 Nec ſummo aggredior cum iure reponſere fadus.  
 Auribus in ſolis Iouæ depono dolorem:

L

Perfero



Perfero & obduro; faciendo certo benignè.  
 Ut tenuere duæ connubia nostra sorores :  
 Consorti non par in amore ( nec esse decebat )  
 Vis utriq; fuit. sibi Rabele noster in vna  
 Delicias faciebat amor : sed gratia parui  
 Nuptæ erat alterius : spretamq; incessere probris  
 Sæpe e; Causa soror. contemptam humilemque fauore  
 Prosequitur Numen : meq; afficit illa quaterno  
 Pignore coniugij . dat partu prima Rubenem  
 Robora : tum Simeona , preces genitoris in aure  
 Testantem sedisse Dei : te postmodo Læue ,  
 Quo nato , marris fœcundæ tangor amore :  
 Tandem , qui decus est & gloria matris , Iudam .  
 Transit in inuidiam soror , atq; doloribus ardet :  
 Inuisamq; cupit potius dimittere vitam ,  
 Quam sine prole thorum seruare : & crimina dicit  
 Incusans . non sum Deus ( increpo concitus ira )  
 Me penes ut sit opus dare , quod petis . excidit ore  
 Grande nefas . poterisne in uito Numine , coniux ,  
 Promissi esse potens ? si dixero : mater abibis .  
 Mors mihi supremam ( reddit ) uolo nunciet horam ,  
 Ni mater fuero : si non re , nomine saltem .  
 En famulam Bilban : ex hac mihi suscipe prolem .  
 Tantus amor sobolis . quia norant , affore tempus ,  
 Quo starent populis regna Abrahamæ Chanaæis



In caput, & nostri consurgeret vltor in arma.  
Pareo. bisq. thorax partu respondit: & vxor  
Danem & Nephtaliden gremio lactissima fouit.  
Cui desiderium tu, nixibus editus, exples,  
Sexta vbi me iactarat hyems, animoq; sedebat  
E Syria ad patrem vestigia iussa referre.  
Ergo vbi iam paetis respondit septima tandem  
Orbita seruitij, quod in agris pastor obibam,  
Ex quo sacra mibi dederat his teda maritam:  
Iamq; vocabat iter celi clementior aula,  
Arboribusq; come sua campis herba redibat,  
Et modulante sonos, vernabant alite siluae:  
Aegredior sacerum dictis, ac talia queso.  
Iam tria lustra ferè tua duro ad septa minister,  
Mercede affectus nulla haclenus. ergo licebit  
Dein mihi, pace tua, vigilem traducere curam  
In propria, ut par es: & corda immitia pones.  
Falsus ad hec animi: quid bonorem exinde relinques,  
Quem poterit rebus tua cura extundere nostris,  
Et pecorum solers custodia. munia dexter  
Ulterius serua: pecudum tibi dignus ab auctu  
Persoluetur honos mercedis. tolle querelas.  
Quid facerem? precibus cessi. mox agmina villis  
Mollibus alba lego: & venit hec ad pacta Labanes,  
Ut miki multicolor fætus maculisq; notatus

L 2      Officij



Officij munus mercedis munere penset.  
Sors mea deterior visa es : sed præstitit æquum  
Fortunam mihi Numen, opis nullius egenem.  
Virgæ, è castaneis mihi populeoꝝ petita  
Enemore & Corylis, deponunt brachia ferro :  
Alternantqꝫ vices per silvæ hastilia rasæ  
Candidus atqꝫ niger, qui tota amplectitur, orbis.  
In Venerem quoties igitur pecuaria misit  
Ver latum : pecudem potantem, inituꝝ salacem,  
Detinui aspectu virgæ bicoloris, vt, inde  
A gregibus visu concepta, reconditaqꝫ intus,  
Nascentum maculis terga infuscaret imago.  
At nunquam hanc à me natura vocatur in artem  
Pomifero Autumno : cui plumbeus incubat Auster,  
Et quo sollicitat Venerem minus ossibus ardor.  
Porrò ( tam sanctum nullum & solenne profecto  
Officium es, quod opum timeat violare cupido )  
In leuitate sua socero mens improba perstat :  
Nam, precio decies mutato, fœdera fallit,  
Dum plures, maculis tinctos, grex edidit ortus.  
Interea verò, proprij dum cura peculi  
Nos exerceat agris, primæ addita Silpa marita  
Ex me nomen habet bis matris : Gadus & Aser  
Quippe sati letis Dominam successibus augent.  
His genitis, numeros Ruben impleuerat octo :  
Et iam

*Etiām*

Et iam tempus erat, quo flauescens falcem  
 Rura vocant, solidasq; expectant horrea messes.  
 Hic ruri mea fortè puer vestigia lustrans,  
 Dum flores legit: in poma incidit aurea casu  
 Mandragora: carpitq; manu, flauedine captus:  
 Seq; domum referens, gaudet prætendere fructum.  
 Mandragora vxores mox sollicitantur amore:  
 Præcipue Rabel: quæ, nati ut donet habere  
 Poma Lea, hanc patitur tecum sociare cubile.  
 Ergo, ubi vesper oves stabulis succedere iussit:  
 Per medios lœtata greges tulit obuia sepe,  
 Candidaq; impeditij nostro Lea brachia collo,  
 Et petijt noctem sibi solui, à Rakele paclam.  
 Sub risi cupidæ natorum: ignisq; medullas  
 Intravit notus, nec tam spes munere fraudat:  
 Additus est generi decus Isachar: ortus eadem  
 Sebulon: tandem circum oscula Dina pependit.  
 Fortè per excubias dehinc noctem in ualle trahebam:  
 Me petit hac specie delapsus ab æthere Somnus:  
 Cursu bis decies signis à Sole peractis.  
 Vifus adesse mihi Sator orbis, & ista monere:  
 Sat Charris soceroq; datum: cumulata notaui  
 Luminibus tibi damna. legas vestigia retrò  
 Ad patrem: comitem tibi se meus angelus adder.  
 Sum Deus en, fusi cui succis marmor elini



Tinxisti ad riuum Luxæ, quæ vertice nutat  
 Silua birsuta comas, & cui pia vota dedisti.  
 Ille ego sum, cuius prona haec tenus vñsus es aure,  
 Et cuius vires ad opes tibi gratia fecit.  
 Mox abiit cum voce Deus, cum voce Deoq,  
 Somnus, cum somno quoq noctis imago diserta.  
 Surgo: voco socias: qua sit sententia, quero:  
 Ardor habet mecum cunctas, excedere Charris.  
 Quid (memorat) cur nos teneat mora, deniq restat?  
 Nostri est pulsus amor, nostri omnis cura recessit.  
 Sunt patri venæ silicis præcordia circum:  
 Pectus habet ferri quoq semina; caudice natum  
 Dixeris aut scopulo, lac admonuisse Leænam.  
 Vendita turba sumus, sumus indoata: rependit  
 Nullo operas precio: data fædera iuraq lœsit:  
 Rumpitur inuidia: cor non medicabile tæbe  
 Liquitur, ut glacies: alit atrum in pectore monstru.  
 Dicta placent: & adorno fugam. seq apta dedere  
 Tempora: namq alibi Labanem cura moratur  
 Lanicij, ac thyasos tondentibus ipse celebrat.  
 Arripio Euphratem: cursum transmitto carina:  
 Exupero silvas: Gileadi in vertice tendo:  
 Instantisq metus paullum iam soluo pericli.  
 Nuncia fama fugæ rapidis se concitat alis  
 Ad sacerum, extimulans iras. abscessus amictum,  
 Percus-

Percussusq; manu pectus : prob Iupiter, ibit  
 Hic, ait, & sacerum sp̄e luserit aduena vana ?  
 Non ita, tela, viri, date : tela sequantur ouaniem.  
 Talia dicta iacit : furijsq; agitatus & iris  
 Poscit quadrupedes, &, amans prauertere ventos  
 Cursu, instando terit profugi vestigia ferui :  
 Et Gileadeo curanti in vertice corpus  
 Septima surrexie nocte æquore, somnia portans.  
 Quippe, minax flammis, ore intonat angelus alto :  
 Parce : caue incessas telo dictoue Iacobum.  
 Sic auditus prede fremitum leo tollit, & asper  
 Scuit in absensem capream, similisq; tenenti  
 Morsikus increpit : sed ij frustrantur biantem  
 Vix tamen abstinuit genero vim probraq; Laban :  
 Quem cum voce dies hac attulit altior, sheu  
 Quid querar, aut clamē? tene hanc abscondere furto,  
 Serue maligne, fugam? gremijsq; abducere natas,  
 Prædoni vi raptas, ve ab hoste in vincla petitas?  
 Cur discedentes mihi dispensare suprema  
 Oscula non licuit per natas, perq; nepotes :  
 Et fidei pignus commissas poscere dexteras  
 Ac desiderium solari triste choreis,  
 Et cithara, & fistro, cantuq; epuliq; paratu ?  
 Ita tulisse parum es? cur ausus es, impie, diuos  
 Asportare meos? nec furto soluere tanum



Hospitijs fædus, sed & aurea sacra legendō  
 Conscelerare manus? quam culpam morte piabis,  
 Si modō iusticie quid erit mortalibus & quam:  
 Si qua polo pietas restat, quæ talia curet.  
 His ego subiocio: quid tanta ad iurgia linguam  
 Soluere, quid tanto certas assurgere questu?  
 Angelus, ut fugiam, celeres mandata per auras  
 Deculit: ætherias voces his auribus hauis.  
 At verò tacitus cælestia iussa paraui:  
 Stirpis enim nostræ timores, quid criminis porrò  
 Fingis iniqua mihi? nostra excute cuncta: licebit.  
 Parcius Isacida furta obicienda memento.  
 Fertq; refertq; pedem, cautoq; obit omnia visu  
 Labanes, interq; manus & brachia versat  
 Singula, sed latuit, quid fæmina callida posset.  
 Stramine molle humum recubanti cura camelo  
 Debita: quaq; solum stipulis filicumq; maniplis  
 Sternitur, ecce premit supposta idola sedendo  
 (Nescius huinius eram facti) & simulando dolorem  
 Fæmineum cogit scrutantem parcere tætu.  
 Exarsit mihi felle dolor: quis condidit (inquam)  
 Furto idola, Deos vanos? per cuncta tulisti  
 Nostra manus oculosq;: ubi nunc simulacra, vel au-  
 Furei age nūc oculos deducas crimen ad omnes. (rū)  
 Tu, quantus quantus, nihil es, nisi frausq; nefasq;.  
Bis



Bis decies astas, roties quoq; bruma cucurrit  
 Per tua septa mihi: perfudit membra rigore  
 Nox inopi, sudore dies: semperq; coactus  
 Heu studui numerum stabulis pensando referre,  
 Siue leo in ventrem dederat, seu prædo bidentem  
 Verterat in lateras nemorum. captare quietem  
 Vix etiam licuit, solesq; agitare celebres.  
 Pax ( turpe quidem dictu, sed turpius actu )  
 Præterea haud steteras: nec merces debita longis  
 Respondit meritis. ac nudum, & prorsus egenum,  
 Iam via me patrias longinqua referret ad oras:  
 Vsq; mea in patris nisi numine vita fuisset,  
 Patris, cuius honos ab auro es<sup>c</sup> celebratus Abramo,  
 Cuiusq; Abramo colit Isacus ortus honorem.  
 Lumina non à me reiecit fida Creator.  
 Adieclurus eram plura: interceptit in ipso  
 Labanas vocem cursu, sic farier orsus.  
 Si quid habes, seu diuicia sint, siue marite,  
 Muneris omne mei es<sup>c</sup>: tribuantur mutua dignè  
 Obsequia ambobus, mecum ut constanter ad omne  
 Indeclinati præstes te munus amici.  
 Ac ne cura suas vñquam fidissima partes  
 Deserat: in pactum dextris cœamus, & iste  
 Huic restem lapidum vertex dec montis aceruum.  
 Dicta probo, in numeram struimus cōgesta quadratū

L 5 Saxa:



Saxa : ruditq; operum iugulatus sternit humum bos;  
 Lanigeræ simul pecudes : partem vnde tulere  
 Sacra suam mensaq; suam primus q; citauit  
 Auditura sacer sublati Numina palmis,  
 Concepitq; preces : monte hoc per secula testis.  
 Compositus saxis, inita de pace fit agger.  
 Semidæq; Deus Thare, Tharaq; creati  
 Naboris, Abramiq;, patrum tutela meorum,  
 Iudicium statuat vindex : si teq; tuosq;  
 Fortè Syro exitium Chanaamq; immittere sœuam  
 Impulerit furor , haud metuens rescindere pactum :  
 Aut exercueris nostras crudelia forsan  
 Imperia in naras : aut læseris ( omen abesto )  
 Iura marita thori , pluresq; vocaris amore  
 In thalamum socias . sumus hēc sine teste relicti,  
 Sed non absq; Deo : qui cuncta auditq; viderq;  
 Dum te iure Syris iurando obstringo Chanæum.  
 Prefferaat ora Laban : tunc nostra resoluo vicissim,  
 Et saceri in votum iurantia confero verba  
 Präfatus Numen genitoris, singula iustis  
 Excutiens oculis : totus quibus veitur orbis,  
 Et pia quos hominum nunquam acta vel impia fal-  
 Fædere firmato, labentis verring; diei ( lunt.  
 Partem epulis reliquam celebramus : & ebrius ore  
 Pastor ouat, terramq; in composito pede pellit.

Postera



Postera lux, cætum soluens, dimiserat ambos,  
Amplexu vicibus dictaq; salute peractis:  
Institeramq; viam, Iaboci ad stagna ferentem.  
Ecce nemus plausu circum & clangore resultat  
Alarum, referuntq; melos iuga pulsa sonorum.  
Diuersi circumspicimus: flammatibus alis  
Libratae, cætu comitatuq; athera cingunt  
Cælicolum turmæ, sperando ut viribus virar.  
Mox iram fratris dono ac prece flettere nitor:  
Et iubeo, vitta compitos oleamq; tenentes,  
Pacem oratores nobis exposcere tutam.  
Festinant mandata viri, timidisq; feruntur  
Passibus ad sedem fratris: quem ponere iuuit  
Spemq; laremq; suum frondosi monte Seiri.  
Ante urbem (ex alto quâ mons descendit in æquum,  
Et iam plana via est) iuvenile volucribus agmen  
Pulsat equis campos, texens gyrum atq; rotexens:  
Et domitat currus: & amat decernere castu:  
Et cursus agitat pedibus: confertq; palestrâ  
Pectora pectoribus, captatq; micantia crura  
Excutere amplexum quærens: iaculi:q; volantes  
Consequitur, medium spumante per agmen Esaues  
Fertur equo, & pugnæ fingit simulacra sub armis.  
Cui postquam de me perlata est fama reuerso:  
Mouit in occursum centum quater ære nitentes,

Cornipe-



Cornipedesq; citos concusit, & horruit hastis.  
Extimui, & presso stupuerunt verba palato,  
Atq; animi cor inane fuit, riguiq; per artus.  
Fæmina quid verò? quid vulgus inerme? timentes  
Extrema, auulsaq; comas, luuentia planctu  
Progeniem dulcem matres ad pectora pressant:  
Cætera turba ferit lacrymosis astra querelis.  
O fortunati, quos vita lumine cassos  
Stirps sua composuit: quîs pompam funere duxit  
Contumulans patria, & cineri solennia mittens.  
Nos miseri, occumbens in sanguine scruus herili  
Nunc se versabit, materno in vulnere natus:  
Quicq; sumus viles animæ, sternemur ad vndam  
Ignotis inhumata cohors infleñaq; campis.  
Strage simul pecorum loca demugita rubebunt:  
Hus quoq; lux veniet, non exhibitura sequentem.  
Hos inter gemitus, me tandem colligo mente:  
Et duplici pecudes nec non miserabile vulgus  
Compono in turmas numero, ne forte per ambas  
Crudescat strages insana, sed altera casum  
Telorum euadat: dein cum prece brachia tollo.  
Abrami Isaciq; Deus, rex summe Deorum,  
Rex hominum, iusto mortalibus ordine fata  
Dispensans, Chanaam quo præcipiente requiro:  
Tempus in omne tuum benefactis memet ut amplis  
Efficias,



Efficias, largisq; fidem promptissimus addas  
Pollicitis: dignus non sum, quid aperta tegamus?  
Cum rate per tumidum Iordanis laberer amnem  
Exul: eram solus, baculumq; agreste gerebam.  
Nunc via me binis comitatum iussa reducit,  
Te dante, agminibus: qua tuta fidelibus, ero,  
Ut praestes oculis, metuo, ne milite cinctus  
Suscitet Esauus nullo discrimine eadem,  
Femineumq; bibant crudelia tula cruentem,  
Et patris ante oculos in pignora fulminet ensis.  
Tu dixii: en facie te prosequor, omnia latè  
Prospeclu solita metiri: maior arenis,  
Maior eris astris numero, per, habentia pondus,  
Dicit a precor: miserere mei, miserere meorum.  
Finis erat votis: tum toto ex agmine lecta  
In numerum ordinibus germano digero quinis  
Dona, greges binos, armentaq; terna: petente  
Fraternam ore fidem formo quoq; munus agentes:  
Qui petiere viam pramiisi, inducta priusquam  
Umbra diem regeret, complectens membra soporo,  
Errat ubi exercens Iacobus vortice lymphas.  
Nec dum orbem medium nox acta subiuerat horis:  
Consurgo, accipiensq; meos rate (lucida fidam  
Luna manum regit,) expono trans flumen in ylua.  
Inde, ubi iam propior capit metus ire periclo,  
Et pauor



Et paor exanguis corda altius hausit : opatas  
 Me fruticum in latebras conieci, in vota vacando.  
 Dum queror occultus : membris ac viribus ingens,  
 Ora vir hic offert sublustrum noctis in umbra,  
 Luctamenq; manu confert extrema minatus.  
 Obstupui : ceciditq; animus, cecidere lacerti :  
 Spes iterum tamen in cursu fuit, excita verbo.  
 Quare animam fidens in caca pericula mitto,  
 Obnixusq; fero luctantem pectus in hostem :  
 Et medium amplectens astringo brachia nexus :  
 Inq; vicem sparso flauesco puluore tactus.  
 Tandem ubi luctator nequicquam vulnera iactat :  
 Aerolluntq; mihi fiducia caussaq; vires :  
 Instar vt in pelago molis sim pondere tutus,  
 Sufficientq; manus in palnam animusq; tenendam :  
 Perstringit subito femoris mihi sura dolore  
 Vertebra, mota loco, luxata hac, soluere tentat  
 Amplexum adductum, queritq; excedere lucta.  
 Vincis, ait : sine me : nam lux inimica propinquat,  
 Nec fas, me terris attingat vt orta morantem.  
 Desierat, cœpi : vim tendo : haud talia dudum  
 Dista dabas : nec te sino, ni meliora feruntur.  
 Desieram, cœpit : debinc Israëlis habeo  
 Nomen : Iacobus fueras. ardente tulisti  
 In luctam ecce manū spe contra hominemq; Deumq;  
     Fretus



Fretus pollicitis: & stat victoria tecum.  
 Vade, tuamq; fide constans fer ad aethera gentem.  
 Sic ait, & se se radijs immiscet Eois.  
 Quem tali ore sequor: tua sit, rogo, gratia nunquam  
 Rebus pigra meis, oculos qui Ioua subire  
 Annui, aspectu mortalem & corpore reddens.  
 Dixi: hinc ad comites vestigia clauda recepi.  
 Temporis in medio breuis est mora; puluere nubes  
 Tollitur, hinnitusq; auras vicinior affert,  
 Et cito quadrupedante solum quatit vngula pulsu.  
 Participes thalami cum natis instruo gestu  
 Supplice, disponoq; vices pergendo quaternas  
 Fratris in occursum: pacali cinctus oliua  
 Ipse vero ante gradum, submisso terq; quaterq;  
 Vertice cum genibus. mentem concordia mittit  
 Fratri, odio penitus vacuam. mox ergo relido  
 Ad terram dat equo saltum, & complexibus haret,  
 Nec fungi lacrymis per mutua parcit amicis,  
 Dum fraternus amor refouere incendia quarit.  
 Posset etiam uxores dextra amplexuq; petiuit,  
 Oculag; admouit natus: ac dona recusans,  
 Nos late hospitijs tenuisse optauit Idumes,  
 Seq; ad præsidium comitatuumq; obtulit vlerò.  
 Contrà ego: si tecum solida est mihi gratia, frater:  
 Si tibi legati, si vox mea mollijt aures:

Da



Da precor accessum donis, mihi numinis instar:  
 Oris imago tui es: te virtus addit in astra:  
 Nec nocuit mibi, te fortunam habuisse nocendi:  
 Te cultu ergo mibi cur demeruisse negetur?  
 Dona cape, & meritis maioribus adde minora.  
 Præterea ut nostræ sis pars comitando ceteræ,  
 Non opus es: forsan quoq; non erit utile, tardis  
 Detinuisse tuas comitatibus abnuo curas:  
 Grex verò, cum prole viam superare coactus  
 Gressibus inualidus solito velocius, omnem  
 Cum vita per agros spem deseret inter agendum.  
 Persuasi: Esauq; abeunte, in corda receptum  
 Flendo iterum pietas diffundere iussit amorem.  
 Postquam iter euasi, porrecti in dorsa, Seiri:  
 Ducere cura fuit per depresso conualles  
 Suchoti requiem, cum languor vulgus haberet,  
 Quosq; greges pecorum, quæ mecum armenta trahebant.  
 Inde viam tenui Solymæam latus ad urbem  
 Et Sicimen: emtoq; solo, magalia fixi,  
 Et seruatori data sunt sua templa potenti.  
 Has quoq; deferni sedes, oracula capessens:  
 Quæ monuere, domum Iouæ per sacra colendo  
 Adiuga Bethelis statuendam, ac ritè dicandam.  
 Indigena hinc etiam, se mecum in fœdera mittens,  
 Traedit arbitrium diuorum iusq; suorum

Omnne



Omne mihi: gemmasq; comis colloq; profanum  
 Diripiēre aurum sibi quisq;, caueq; dederunt  
 Mandandum terre sub multifida terebintho:  
 Et festo populus fuit omnis concolor, albo  
 Intactoq; nitens velamine. deinde profecti  
 Condimus ad Luzæ pia sacra binominis arces.  
 Sedula matris ibi nutrix Debora Rebecca  
 Fato functa suo es: nomenq; sub ilice signat  
 Funereos planctus perfusaq; odoribus ossa.  
 Iamq; frequentabat celebratos ardua saxis  
 Luzæ Dei cultus: solantis porrò tuetur  
 Officium Deus, & bona dicit verba resulgens.  
 Matte fide cultuq; pio: tibi (victor abiisti)  
 Addo Israëli cognomen. secla propagæ:  
 Stirps tua cum populū reges à sanguine fundet,  
 Qui pia succedant Abrami in vota, tenentes  
 Imperio Chanaam, læti melliq; fauentem.  
 Gratus ego, & vocis memor (auribus ante receptæ,  
 Cum facerem ad Tigrim exul iter, fratriq; cruentum  
 Declinarem odium) fundo libamina vino:  
 Attollensq; nouo statuam de marmore collis,  
 Circumuelat am ramis, oleoq; nitentem,  
 Dat monumenta loco, diuinæ conscia vocis.  
 Quid verò lustrum rescindam, fata docendo  
 Marris acerba tuæ? grauidæ iam cornua Luna

M Crescendo



Crescendo nouies repararat : iterque mouebam  
 Lætior ad patrem , qui celsam Hebrona colebat :  
 Collisque aëria cum turre refugerat Eder :  
 Cum R<sup>a</sup>bel virides , nixu edens Beniamon , annos  
 Funere deseruit , submittit vbi Ephrata valles :  
 Ac partum soluens , animam quoque corpore soluit.  
 Hinc es dimidium nostri & pars altera voti  
 Beniamus . at matrem posse fata tuerit ibidem  
 Ex merito supremus bonos : vastisque sepulcrum  
 Molibus imposui , signata carmine tumba .  
 Factus honos tumulo fuerat : pergentibus vltimis  
 Sistit iter nobis vrbis regia : teg<sup>r</sup> reuiso  
 Chare parens , omnis cura passusque leuamen .  
 Hisce diem implebat genitor sermonibus olim .  
 Quos cum retulerim tibi , redi pie : desino tandem ,  
 Protractisque diu veniam narratibus oro .

SEXTI LIBRI I O S E P H I A D O S  
 F I N I S.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

IOSEPHI A DOS  
LIBER VII.

**D**esierat Vates: Titan iter exulit un-  
dis,  
Axe vehens lucem, meliori sidere na-  
ram,

Oraq laeta gerens. iussu ergo Pharaonis omnes  
Ardor amicus habet Iosephum tollere honore:  
Totaq discursu certatum regia feruet.  
Læticie festam cecinit cana buccina lucem:  
Hanc q fidem explorans per moenia fama reportat.  
Molliter increpitans, pars neruos consulit arte:  
At pars læticie reliqua instrumenta ministrat.  
Infrenant currus alij, & præsepi bus altis  
Cornipedes ducunt, spirantes naribus ignem.  
Jacobidem expectans, cristi auroq decorus  
Stat sonipes niue candidior, spumantiaq ore  
Frena exerceat ouans: cui pectora plausa lacescit  
Impiger Automidon manibus, dextraq repexas

M 2      Effundit



Effundit ceruice iubas. procedit ab aula  
Rex tandem, ac iuuenis, regni spes altera, iuxta:  
Et populo infuso porta prabentur aperte.  
Conspicu in medio procerum populig, deinde  
Ipse Pharo, solio subnixus, fæderis aquas  
Condebat leges, sociumq; in regna vocabat  
Hebraeum. decoris monumentum & pignus ut essent:  
Idem ferre dabant magno huic in munere vestem  
Bombye Arabico niueoq; colore nitentem,  
Quam circum triplici Maädro amplectitur ostrum:  
Tum grauidum gaza torquem: rubriq; superbum  
Oceani spolijs, digitos obeuntibus, orbem:  
Quem sibi detractum Vati induit. atq; salutat  
Seruato rem hominum primus, patriaq; parentem:  
Et circumuerso plausum date, voce profatur.  
Abramidem exemplò rota tollit ab arce quadrigis  
Regia per muros, stipante hinc inde caterua.  
Prævia concha tubæ mugitibus impulit auras:  
Tibiaq; & citharae, tum barbita, versaq; palmis  
Nablia cum sistris, animi felicia læti  
Argumenta, mouent dulci discrimine cantum.  
Sternitur omne solum ferris: lustratq; choreis  
Turba puellarum iuuenum, gaudetq; tuendo.  
Excipit usq; ducem vulgus per compita plausu,  
Perq; vias latè vocem strepitumq; volutat.

Prosequitur



Prosequitur votis populi chorus omnis euntem,  
Vnaq; vox : regi dare carmina lata secundo :  
Viuat iō, viuat. Cætum mirata frementem,  
Vndiq; se plenis fuderint agmina portis,  
Visendi studio : turres ac tecta domorum  
Obsedere senes, matres, & vulgus inermum :  
Puluereamq; oculis nubem sine fine sequuntur.  
Talibus Hebraeus donis & honoribus austus,  
Æqua mente tulit bona, qua mala ferre solebat :  
Pectora nec lato sublimia tempore gesit.  
His artis, curam steriles extendit in annos  
Prouidus, ac regis, non mollia, iussa secutus :  
Et lustrando viam per Anubidis arua perivit.  
Nec labor in cassum cecidit : dij cuncta secundant.  
Horrea magna locat per rura, per oppida paßim :  
His Cererem stipat, dum terra Ægyptia largè  
Semina persoluit, nec non impendit, emendis  
Vndiq; frumentis argenti auriq; talenta :  
Et frugum componit opes per rura, per vrbes.  
Quoslibet instantes videas : opus utile feruet.  
Vomere pars campos omnes, collesq; domare :  
Pars culti vmbriferum nemus horti euertere ferro,  
Et fœcunda nouo committere semina fulco :  
Pars tectis optare locum, pars ducere muros,  
Nocte dieq; gemit tunsis ubi meſib; ingens



*Area: pars grauibus plaustris onerare maniplas:*  
*Pars etiam premium peregrinis farre sub oris*  
*Mutare, & velis, felicia meſſibus, arua*  
*Arripere: accipiens venientum grandia cursus*  
*Pars onera, exercere iugis lorisq; iugales.*  
*Munere talis apes diuerso amor vrget habendi:*  
*Dum foetum educunt aliae, ſpem gentis, adulfum:*  
*Inuigilant aliae viuē, piſtumq; ſereno*  
*Sub Loue ver populant: aliae fundamina coris*  
*Ponere prima parant, ac daedala fingere teata:*  
*Dumq; fauos stipant: aut caſtris vellere signa*  
*Contra hostem properant: porta aut ſtatione tenetur.*  
*Exiguo magnum quoq; ſic onus ore gerentes*  
*Experiuntur opus durum, & ſub ſideris aſtu*  
*Venturae memores hyemis quæſita reponunt*  
*Formicæ in medium: prædam pars ore per herbam*  
*Conuentant: humeris pars ordea grandia veriant:*  
*Circumeundo moras pars caſtigare laborant:*  
*Rides ouans tellus: animos ad ſidera tollunt*  
*Agricolæ, Cereriq; incondita carmina dicunt:*  
*Dantq; choros pedibus, redimiſti tempora culmis:*  
*Gramineisq; thoris fuſi carchesia vertunt.*  
*Læta etiam pecudes ſuperant vix ubere limen.*  
*Dum redit itq; frequens, pulera pulcerimus hæſit*  
*Præſes in Aſenetha, & caluere ſub oſſibus ignes.*  
*Certior*



Certior assentit Pharo : nec pater abnuit omen,  
 Maximus antistes templi , Phobiqs sacerdos ,  
 Quà nemus argutum cantus ediscere gaudet  
 Pieridum , dictam de nomine Solis , ad urbem .  
 Lucas erat teclis , Lauri latissimus umbris ,  
 Seruata longum sub religione per euum ,  
 Latoos sacræ maculis auros coruscans ,  
 Huius apum ductor supremam , vectus ab Austro ,  
 Ecce comam obredit : nubem agmine deinde secuto  
 Aspexere trahi , & pedibus per mutua nœxis ,  
 Examen subito demittere frontibus vuam .  
 Protinus ex adytis Phœbi responsa petuntur :  
 Ille sacerdoti voces ita reddit ab antro .  
 Cum tibi nata domum seruabit , nubilis annis :  
 Inter eam indigenas , moneo , sociare petitis  
 Abnue connubij : generos adiungere quare  
 Partibus ex illis , apis unde examina duxit .  
 Sanguine gens vestrum feret extera nomen in astra .  
 Considerens regnis , quæ non sibi debita fatis .  
 His ergo augurijs Præfatum poscere fata  
 Virginis ipse parens externum credit , & optat .  
 Præterea captis dum Nympha altaria tædis  
 Ædibus in patrijs adolet , spectanda coronis ,  
 Flaventes effusa comas , induita paratus  
 Sepositos : rutilos de vertice fundere visus



Lumen apex, molliq; innoxia lambere taetius  
 Flamma caput, stellæq; absistere tempora circum.  
 Id vero ferri mirabile: namq;, puellam  
 Inde fore illustrem fatis famaq;, canebant,  
 Nec sua fatidicos tali ominè cura fecellit:  
 Quippe haec Asernethe, gentili creta parente,  
 Mater Efraimum pia sustulit atq; Manassen  
 Iosepho & geminam per Abrami deinde nepotes  
 Perq; Chanam claro diffudit sanguine gentem.  
 Fortunatus erit, qui duris cedere nescit:  
 Dexter enim velis tandem volat. æquore molles  
 Nunc secat ecce vias iactatus turbine primum:  
 Pollicitisq; Dei respondent cuncta benignis.  
 Digerit is regno ritè omnia: iura dat idem,  
 Atq; modum sacris benè præcipit: illius vna  
 Leto Hymenæus adest felix, Charitumq; venustas.  
 Connubijz diem festum iussere vocari  
 Et rex & populus, Præfectum laudibus æquans  
 Cælo, ob consilij monitus, ob honoris amorem.  
 Non tenuere faces Diræ defunere raptas,  
 Aut strauere thorum, thalamis ut herilibus antt:  
 Non recto incubuit ferali carmine bubo.  
 Iamq; per agrantem latè loca se prima portat  
 Iocobiden æstas terris ac Gibonis amne:  
 Cum pater alcitonans, dum tangit Copia metam,

Veritit



Vertit ad ingratos immitem luminis orbem :  
Atraq; duxerunt Parca subtegmina fusis.  
Sunt pestes geminae, quas nox tulit horrida partu  
Aligeri cinctas serpentis nexibus : istae  
Apparere solent irati in limine Regis,  
Atq; metum & curas accidunt mortalibus ægras :  
Exercere malos pœnis si quando reposcit,  
Moliriq; famem, bellumque, luemque. supremi  
Ex his vna ducis missu se concitat alis  
Orbis in indigenas, ieunæ nuncia cladis,  
Exitiumq; ferens aruis. mox aëre pendens  
Ecce, papyriteri tot fluminis ostia supra,  
Ære famis longæ signum canit illa recurvo.  
Buccinag; vt medijs auras concepit in vndis :  
Omnibus est audita vadis, auctusq; repreßit.  
Naiades attonitæ retrò sua colla dedere  
Sub latebras : lapsum reuocauit Nilus in imæ  
Territus, osq; tegens : tenuis capit alueus amnem,  
Litorea destituens : fugientibus arida passim  
Supplicat herba vadis, septeno vrenda calore.  
Hinc Dea se pennis extremam tollit ad Arcton,  
Quæ supra Scythiam glaciam vertitur axis.  
Tristis ibi telus, & grati germinus excors,  
Et planè impatiens culturæ, & frigore segnis.  
Non Pomona colit saltus: non Bacchus arenas,

M 5 Non



Non ruris alma Ceres, non læta Patilia campos.  
 Pallor & atra Fames sedem tenuere sub antro.  
 Quæ loca aum terigit, lapidosa in valle repertam  
 Dira Famem vidit curuo insectarier vngue  
 Triste solum, ut vulsis radicibus ora leuaret.  
 Hirta riget tristii coma vertice: squallida mento  
 Barba iacet: dentes rubigine labraq̄ liuent:  
 Lumina vultus habet caua pallidus: asperat ora  
 Vicius inops: lumbis extant sub inanibus ossa:  
 Viscera dat numeranda cutis: conserta teneri  
 Pectora erate caua spina tantummodo credas:  
 Genua tumore natant: prodit quoq̄ tubere talus.  
 Sub tua mitte (refert) iuga terq̄ quaterq̄ Canopum,  
 Nec non pingue solum Chanaz: tibi nuncia porto.  
 Numinis. his dictis, conuersa auferuntur habena.  
 Nam quamvis aberat longè, & modò venerat illuc:  
 Visa tamen sensisse famem per inania monstrum  
 Infelix iussas delatum Aquilone sub oras,  
 Corrupto cœli tractu, crudelia ubiq̄  
 Spargit Egestatis viciato semina campo.  
 Fallit ab agricolis rus credita: iacta volucres  
 Ore legunt audito: segetes moriuntur in herbis:  
 Astra nocent: messes lolium tribuliq̄ fatigant.  
 Fregit aratra grauis tandem, vertentia glebas,  
 Pauperies: lethoq̄ boues dedit arua colentes.

Nec



Nec propria in Scythia monstrum loca vertitur an-  
Quam vice septena ieunia saua peregit. (tē,  
Viuitur ex annis lapsis, terrāq; reposo  
Fænore. sed penitus congestos frugis aceruos  
Imperios a fames primis populatur in annis:  
Nec fuga deinde mali miseris supèr. ergo Pharone  
Supplice cum clamore petunt: quos oxyus ille  
Præsidis ad sedem verbis dimittit amicis.  
Effert se thalamo Iosephus mitis eburno.  
Læticiaq; velut totum Sol afficit orbem,  
Quando serenatum roseo petit æthera curru:  
Sic omnes capiunt Præfeldo gaudia viso.  
Sternunt se genibus terræ, frumenta rogantes.  
Nec leuior numerus vicinis affluit oris.  
Non rot aues, prædæ cupidas, immittere Titan.  
Manè solet valli, populante hanc falce colono.  
Area diues opem mox turbæ effundit egenæ:  
Et precium iustum Dux imperat. vndiq; gazas  
Congerit hic populus: saturatas murice vestes:  
Æthiopum lanas: auri memorabile facti  
Pondus & infecti: rubro eruta dona profundo;  
Crateras solitos auro: statuas elephanto  
Perfectas: tripodes: operoso ex ære lebetas.  
Copia grandis opum cumulata æaria vincit.  
Quintaq; vix ætas se verterat: ecce colonus

Dueit



Dicit equos, armenta, greges: & mutat aristis.  
Sextus it autumnus: quid agat? sola sola supersunt:  
Arna paterna simul natis heu parcere nescit.  
Septima mancipio regi omnes accipit astas,  
Vrbibus haud fugiens alijs transcribere ciues,  
Omnibus exutos opibus, vitamq; petentes.  
Quæ mandent iterum tamen aruis, sponte ministat  
Semina præfectus cunctis: nec pacata recusant,  
Quinta ut reddituum pars regi cedat ab agris.  
Orbe locus medio est, testis eductus ad astra:  
Vnde, quod est usquam, narrando quod editur usquæ,  
Inspicitur, penetratq; aures, quæ subrigit aures  
Mille, oculosq; gerit mille, oraq; mille resoluit,  
Et fert se totidem per vtrunq; volatibus axem,  
Fama tenet. portæ centum hoc iter vndiq; pandunt:  
Et locus est omnis populi perius auræ:  
Rimaq; parietibus transspectum præbet apertum:  
Opponitq; seram custos in limine nullus:  
Nocte dieq; patet. tremor alta per atria raucus  
Diditur: incerto miscentur murmure tecla:  
Qualis aquæ strepidus solet esse, ubi saxa morantur  
Lapsum obiecta vadit, cumulum voluentis ab imbris:  
Vel quales sonitus extrema tonitrua reddunt.  
Plurima turba vagis metitur passibus ades:  
Et genus, auricularum audum nimis argutarum,  
Spargit

Spargit in ambiguo rumorem : fictaq; veris  
Mista refert : aurem q; nouo substringit inepte  
Auctori. hiq; diem vacuum sermonibus implent :  
Illi audit a ferunt aliò, dignisq; relatu  
Adiiciunt aliquid, ficti prauiq; tenaces.  
Illic credulitas sedem, temerarius illic  
Error habet : subitusq; pauor, nec habentia pondus  
Gaudia : tum rixæ varijs ambagibus ortæ.  
Famaq; parua metu primo, vim sumit eundo.  
Fecerat hæc notum quoq; per Chananëidos vrbes,  
Frugiferam Aegyptum Cereris dare munera, veniū,  
Incola seu petat hæc, siue aduena : maximus ergo  
Pastor, Hebrona colens (curis confectus & aeo,  
Ingratiq; soli fortunam expertus eandem )  
Advocat in cætum natos, ac farior infic.  
Edocet, omne virûm genus in scelus ire, profecto  
Ira Dei, frugumq; oblitæ iniuria terra.  
Sit nobis pietas corâi, veniamq; rogemus.  
Credo equidem, duris nos curæ in rebus habebit :  
Nam promissa dedit, nec eum sententia vereet.  
Porro, si qua viam dederit fortuna, sequamur,  
Et parte auxilium cladi tentemus ab omni.  
Ergo famæ Aegyptus populis (nam fama vagatur)  
Cum leueri, atq; viam multi, quâ semita monstrat,  
Corripiant : quò vos mora segnes vsq; tenebit?

Gihona



Gihona vos etiam cursu renuisse decebat,  
 Et patris seruasse domum, seruasse nepotes:  
 Menstrua lux Chanae redeuntes sister in aruis.  
 Vnus at interea curas auertere dielis,  
 Et desiderium patri lenire laboret  
 Beniamus, extincta solus de matre superstes.  
 Os si præteritos annos mihi fata referrent,  
 Qualis eram, profugo cognata ad regna mouerem  
 Cum pede iussus iter, nec bis duo lustra negarem  
 Seruitio tolerare graui, sub frigore & astu:  
 Haud nunc amplexu vestro diuelleret vsquam.  
 Tu quoq; chare, comes tereres iter utile gressu.  
 Rachele nate mihi: ne fratres futilis inter  
 Consilijs auditor (sineret dolor improbus) effes.  
 Tene mibi inuidit fortuna, ut præda iaceret  
 A licibus, rabidisq; feris: nec plura locutus,  
 Demisit lacrymas, extrema in verba cadentes.  
 Hisce dolor tacite präcordia conscia tangit.  
 Muffant: iussa parant: quorū indiget v̄sus, adornat:  
 Impediunt asinos, subituros pondera, frenis:  
 Accincti q; via patri dant ore salutem.  
 Per valles Geraræ, celebratas nomine auti  
 Hospitiij, ac vitreo paßim torrente superbas:  
 Bersabes per agros, miti gratissimus vmbra  
 Lucus ubi Abrami florentibus accubat hortis,

Et



Et putens nomen septenis traxit ab agnis :  
 Per vada Bosoridis, cincta munimine iuxta  
 Mœnia se Gaze vasum euoluentis in aquor :  
 Deuenere locos, ubi Dux impendit in omnes,  
 Ære dato, Cererem, vultu cultuq; verendus :  
 Brachia cui, genibus submissus, quisq; retendit.  
 Agnoscit fratres, sed non agnoscitur ipse :  
 Praeteritiq; memor, secum : hocce quid esse putabo ?  
 Beniamus unus abest : eadem hunc ad fata vocavit  
 Gens adijs forsitan malefida, exquirere vera,  
 Dissemulans fratrem, tentabo, & ludere dignos.  
 Mox igitur : qui vos estis genus ? unde venitis ?  
 Quærerit, & hac Ruben resecutus voce rogantem :  
 Optime Niligenum, cui nos prætendere vitta  
 Sors comptum voluit ramum, pacemq; precari :  
 Consilio hanc omnes animisq; fidelibus urbem  
 E Chanaa afferimus. sterilis nos terra subegit  
 Ignotas tentare vias, ac didita terris  
 Fama tua : ut fruges inopi transcribere genti  
 Ære velis, petimus. sumus uno patre creati  
 Bis seni, charo superis: genus exit Abramo :  
 Ecce domus ampla, manus vernarum densa, nepotes  
 Multi, mille greges, pastorum deniq; turba  
 Plurima, frumentum, gens tanta ut viuat, ememus.  
 Quid me fraude petis ? simulata concitus ira,

Præses



Praeses ait : speculator ades , nisi vultus & ora  
 Fallit : nō domus est Chana, nō tibi sanguinis auctor  
 Abramus. memoras duodenos : quinq[ue] bis affunt,  
 Improbis : nulla geris curae mandata paternæ.  
 Contrà effusa, cohors lacrymis : nec fraude, nec astu  
 Te capere aggredimur ( ne rere ) ut nomine eamis  
 Exploratorum. ferro haud populare penates  
 Venimus, aut prædas auertere : conscia sunt  
 Sidera. quod deni tantum affumus, accipe caffam :  
 Fugit inire viam natu vltumus: hæret in ijsdem  
 Sedibus, interea patri ut solatia dicat :  
 Vnum at prosequitur luctu domus, æthere caffum.  
 Nec, mandata patris deferri, opus esse putamus.  
 Si qua tibi pietas, fratum miserere petentum :  
 Si qua fides, miserere senis, miserere nepotum.  
 Hic et si lacrymas rerum annonag, Magister  
 Vix tenuit : fidum tamen alto pressit amorem  
 Peccatore. quin ficto se durior ore ferebat :  
 Frater ut in se descendenter, impius ausis.  
 Nil agitis : fletus datis in statione paratos.  
 Vnde fidem accipient, quæ fertis ? vera fatari  
 Debita fallaces subiget mora, carcere clausos.  
 Sic ait : ac tristi mandari hos præcipit antro.  
 Tertius Eoa lustrabat lampade terras  
 Cynthus : eductis antro Dux talia fatur :

E.S.



Es modus, unde fugam reperit fallacia nullam,  
 Mente mihi fixum sedet, hic iter ultimus aeo  
 Ut ferat: obsec erit denis de fratribus vnuis:  
 Cetera turba patris sedem, emta fruge, reuusat.  
 Si venit ille: fides non deerrit, amabo reuersos:  
 Quippe Deum spero memorem fandi atq; nefandi.  
 Sin res falsa patet: per sceptra Pharaonis, altum  
 Per caput eiusdem iuro, vos dura manebunt:  
 Gratia nec dabitur redeundi, aut copia fandi.  
 Dixerat: ac sortem fallaciter accipit vrna  
 Deiectam: atq; locus Simeonis dignior exit,  
 Primi hortatoris scelerum. sic debita tandem,  
Quamvis sera, trahunt per paenas fata nocentem.  
 Seruandum Simeona dedit vinclisq; domoq;  
 Iosephus & reliquos opibus dimisit onustos,  
 Clam premium reddens allatum, & in ordea condens.  
 Exoritur fletus per tecta: diuq; morantur  
 Complexi inter se: neq; sat rationis in ipso  
 Discessu. his animi cecidere manusq; solutum  
 Pendet opus: vinclo sortem miserantur iniquam.  
 Vota metu duplicant adjuncto deniq; fratre:  
 Et visus proprior saeuo timor ire periclo.  
 Dumq; viam peragunt: vocem per mutua tollunt,  
 Quo pacto ad paenas uno ordine digna reposcat  
 Numinis ira reos, capitisq; iniuria chari,



Limine fraudati patrio & fatalibus aruis.  
 Conscia mens culpe, gemitusq; precantis inanes  
 Terribili horrificant monitu: pressosq; timore  
 Ipse agit in somnis Iosephus & arguit ore.  
 Multa q; se incusant: duris quoq; iurgia iactant  
 Vocibus, infensi suosoribus, inter eundum:  
 Inq; vicem seris assurgit turba querelis.  
 Praterea his aliud maius, multoq; tremendum  
 Hesperus obiecit magis: admirantiaq; hauxit  
 Corda pavor pulsans. nam linea vincla resoluens  
 Laues in hospitio, dulcem inuitante quietem,  
 Atq; vocare parans lassum ad noua pabula mulum;  
 Ecce manu in precium summo incidit ore reposum.  
 Quae nos monstra petunt? exclamat: numina prorsus  
 Auxilium eripiunt solitum, scelerataq; tangunt  
 Fatam aium. Ægypti Praefecto, proditor antè,  
 Insimulante, fui: nunc fur ero. flebile demum  
 Supplicium veteris noctae expendemus ad unum:  
 Nec mora: præcipites cursu metus acer agebat;  
 Optabantq; fugam diuersa per arua tenere  
 In patriam, dono defensi noctis opaco,  
 Ne manus à tergo trepidis se attollere posset.  
 Ut patris ad sedes ventum, nec redditus vna  
 Es Simeon oculis: genitor sermone requirens  
 Absentem, gemitu penetralia cuncta ciebat.

Tum



Tum Ruben: fratrem nobis, gnatumq; reseruant  
 Prospera fata tibi: datur ob;ses; caussa patebit.  
 Longum iter emenſi, casus superauimus omnes:  
 Praetulimusq; manu pacem, frumenta rogantes.  
 Haud puto( Præſes ait ) vos pacē huc ferre, sed ar-  
 Nā ſpeculatores noſco.hoc nos iure, negamus,( ma:  
 Crimine poſſe premi: nomen patriamq; doceimus.  
 Verba ac vota damus ſine pondere: vincla ſubimus.  
 Tertia lux nobis tandem reſponſa feret.  
 Non eſt cuta fices: minimum huc aduertite fratre:  
 Et mandata ſimil patris deferte reliqui:  
 Ob;ſes at vnuſ erit. regis caput aſtragi, iuro,  
 Niſiet, Nili ritate iramq; locumq;.  
 At pater: eſtne uſquam ſic natus ad uſq; ferundas  
 Heu pater ærumnas? crudelibus occubat umbris  
 Vnuſ: in exilio nunc morti opponitur aler:  
 Tertiū amplexu ſe ſubirabit: hoſtis ad urbem  
 Deniq; vos omnes iterum via perſida ducet,  
 Ut trahat exitium cunctos, dulcissime nate,  
 Si moriturus abis, rape tecum in cuncta parentem.  
 Hos inter gemitus, maiorem peccore curam  
 Tota cohors ſubito perſenſit: namq; recepta  
 Obtu'erant manibus ſeſe cum frugibus æra,  
 Pondere frumenti cum linea recta leuarent.  
 Sanguis in ima coit præcordia, verbaq; deſunt



Mentibus attonitis, hoc rebus defuit vnum,  
 Exclamat genitor, spes omnis ut iret in auras.  
 Si via digressos Aegypti reddit in urbem:  
 Haud necis esq; vobis mora libera. quiq; fuisisti  
 Percontatores, eritis quoq; postmodò fures.  
 Nec fugā mortis erit: quia noxa ficta geretis  
 Nomina. dij potius meliore regi mittite mentem,  
 Ulcrò ne miseri venientia fata vocemus.  
 Septem oratores de nostris ire iubeto  
 Velatos oleæ ramis, ac dona ferentes,  
 Nostri ruris opes, ebur, aurum, & quicquid habetis,  
 Ius proprium ut cedat patri, vincatq; redemptus  
 Viuendo Simeon sua fata, minantia cladem.  
 Vertetur haud anima victoria regis in ista.  
 Illi etiam cæco poterunt exposcere pacem  
 Errori, dæpibusq; inopes augere relatis.  
Quæ patrio ( Rüben memorat ) vox excidit ore?  
 Ni redeamus, erit labor irritus: edit a sumnum  
 Dux regis genium diuofq; audire iubebat.  
 De pueri promissa dabo ( sors adiuuet ausum )  
 Certa reducendo. nati en tibi pignora suntu,  
 Quos foueo binos: hos, si concredita fallo,  
 Inferias vmbbris ardor tuus immoler ambos,  
 Et nocuo tumulum perfundat sanguine inanem.  
 Abnegat, inceptoq; senex pius haret eodem.

Tandem,



Tandem, ubi nulla mali super est fuga: uincitis (in-  
 Propositiq; huius mihi non licet esse tenaci. quit)  
 Ite, simulq; Duci fortunæ munera paruæ  
 Portate: ut Nati, quem mitto, pericula lustreret  
 Tuior accessus. Sunt inter plurima vestras  
 Dona manus: seto sudantia balsama ligno  
 Sub feruore Canis: rugosis Carica palmis  
 Mixta: nuces: lacrymæ terebinthi: condita puris  
 Roscida mell'a fauis: flagrantis germen amomi:  
 Baccarum latices: quod mittunt Engada, passum.  
 Nec non vestra domum duplici grauis ære redibit  
 Dextra viro: precio nimirum, proxima faro  
 Quod via, nescio quo, reddebat fruge repostum,  
 Quodq; ferenda petent frumenta, exquirere pacem  
 Interea precibus curabo sacrisq; per aram.  
 Postera lux subiit, feriente cacumina Sole:  
 Iussa parant igitur, votis de more peractis,  
 Jacobidae accincti: discedentisq; laceris  
 Infusus collo pueri, ad præcordia pressi,  
 Talibus illacrymans interserit oscula verbis:  
 Molli o, charæ puer, faro vttere: tuq; relicti,  
 Summe pater, miseresce patris, charoq; profectæ  
 In capite o sobolis, precor, aspice suspirantem.  
 Si natum incoludem lata mihi sorte reseruas:  
 Si visurus eum dego, & venturus in vnum:

N. 3      Durabo



Durabo ad quemuis animum corpusq; laborem.  
 Sin fortun spati natum inuidet, atq; minatur.  
 Infandum istud iter easum, perdoq; senectæ  
 Praesidium: liceat nunc nunc abrumperem vitam,  
 Dum curæ ambiguae, spesq; eſcœueniibus anceps:  
 Dum te progenies, o me mibi charior ipſo,  
 Complexu teneo: tua dum datur ora tueri.  
 Sic desiderium diffudit flendo senile  
 Digrēſſū genitor mæſto: inter brachia serui  
 Collapſum ſtatuerē toro, bona verba precati.  
 Iamq; iter emenſos primus ſtibebat Eous  
 Limine Iosephi: thalami qui ſedibus auræ  
 Progressus, genibus tendentes brachia, cunctos  
 In ſpacium interius duci imperat inq; recessus.  
 Utq; bos accipiat menſis, ſe iuſſa parandis  
 Accingit dapibus geniali cura paratu.  
 Hospes at ignarus: nimirum hic ille, canebae.  
 Quem pater, euentus precij cum merce relati.  
 Quippe reos furti nunc, proditionis ut antè,  
 Nos peraget ſeuo Praeser crudeliter ore:  
 Ut ſub ſeruitij iuga nos & noſtra vocentur.  
 Sic ait. hinc dictis ad heriles talibus uſus  
 Res diſpensantem: breuibus, quid pectora turbet,  
 Accipias, petimus, quis certum eſcœveraſateri.  
 Æſ iterum in ſacris, pro frugibus antè ſolutum,  
 Obiecit



Obiecit nobis sors mira : quis exitus instet,  
 In dubio es. in nos culpa haud cadit : astra ciemus  
 Iurantes, ideoq; argentum reddimus istud,  
 Ve, si Jussipio cadat in nos fraudis, omittas.  
 Ille refert : tabulis respondent omnia nostris  
 Ritè : nec arguerim vos vñquam aut æra. timorem  
 Pellite: quæ colitis, Diuūm pater atq; hominum rē  
 Æra inuenta suis curauit, muneris instar:  
 Vosq; suis Praeses mensis adhibebit amicus.  
 Dixerat : expleuit numerum mox compede liber,  
 Et fratres Simeon dæxtra amplectente petiuit :  
 Accepitq; se p̄ pens crura aliueus amne fouenda.  
 His trepidæ melius sorti confidere cœpit  
 Abramides : curisq; emotis, munus adornat  
 Porticibus vacuis : ubi lenijs inde pauorem  
 Res alia, & iusit lætam sperare salutem.  
 Namq; vago intentus dum cuncta per atria visu  
 Pellegit, opperiens præfectum, operumq; laborem  
 Suspicit : acta videns annalibus eruta priscis,  
 Vnā agnoscit auos. hærens obtutibus ergo  
 Læticiam capit : & : quas nostri gloria terras  
 Sanguinis haud impleuit ? ait. sua præmia dignæ  
 Sunt etiam hæc laudi: nil, quod metuamus, habemus:  
 Fama salus erit hæc. lata omen voce saluto.  
 Sic ait, atq; animum pictura pascere gaudet.



Quippe videbat, ut Iouæ mandata secutus  
Vertice Thariades Moria noua sacra pararet:  
Inq pyram strueto congestæ fragmine tæda,  
Ense coruscaret, mactandi in guttur Isaci  
Districto, mæstis redimiti tempora vittis:  
Tum penderet uti libratus in ære pennis  
Angelus, & iugulo pueri defenderet ensem:  
Perq rubos aries, villis nitidissimus albis,  
Indueret lucans in acutas cornua fentes.  
In cœlum scopuli iuxta birsutaq minantur  
Vertice nubifero siluæ: quas inter in herbis  
Abiectus, gemitu lacrymoso tundere circum  
Saxa videtur inops, collecto faucibus astu,  
Hagarides mater dumis horrentibus errat:  
Cui genius pennis per sudum allapsus inane,  
Monstrat, ubi saliente queat restinguere tristem  
Fonte sibi puerorum sitim: qui deinde sagittis  
Clarus, & acer equis, educantumq ferinam  
Prædator nemorum fuit, insuperabilis armis.  
Non procul hinc iussam molitur Noa carinam  
Monte sub aërio, lateq frequentia pinu  
Euerit nemora, accinctus simul ipse securi:  
Accollitq polo caua texta, bitumine tintæ,  
Ec vixtu cumularat, pecudes ager, aura volucres.  
Nicit eò, saltus variarum secla ferarum,

Reptile



Reptile puluis : habet, quò se genus inde recepte  
Cum pare quodq; sua. super alto culmine sidens,  
Pavo colorata pandit spectacula cauda  
Ad solem : huic etiam pictas avis explicat alas  
Vnica, qua reparans se ipsa reseminat. alba  
Veris amans volucris, colubrisq; inuisa, supino  
Præse fert strepitum rostro. sua pectora præbet  
Lamechidæ palpanda manu fera, prædita cornu  
Diuite : fronte minas ac formidabile lumen  
Præportat leo, rex nemorum, luduntq; per armos  
Fuluaq; colla iubæ : vīsi alia plaudere gryphes.  
Nubesq; exitio vulgi imminet atra profani :  
Securo quod humum pede pulsat, agendo choreas  
Ad cantum citharae, Venerefq; & pocula tractat :  
Quodq;, mali metuente, sibi facit in sene ludos.  
Vicino in spacio cœlum imbribus omne ruebat :  
Noaq; iam clausa rate voluebatur in vndis,  
Relliquis mundi submersi impunè vehente :  
Cunctaq; pontus erant, nec habebat littora pontus.  
Tecta domus nulli, filiarum culmina nulli,  
Aerij montis iuga nulli aperire valebant  
Confugium : Nereus immisis sauit habenis.  
Proxima crescebant loca decrementibus, æthra  
Nempe serenata rursum, vndis : seg; columba  
E puppi liquidas cum coruo credit in auras,



Et fructu quærit terras, ubi sistere detur.  
Altera mitit item pennis per inane volatum,  
Cuius ab ore virens meliora reportat oliua  
Nancia, deinde senex egressus mactat honores  
Struatori hominum, seruatoris ferarum:  
Qui picturato venia rata ponit in arcu  
Fœdera, diluuij, metum bonus Iride soluit.  
Ignipotens alia petit acto parte Gomorrhas  
Fulmine, tempestasq; inuoluit mania flammis.  
Lotus iter fugiens maturat ad antra: retorquens  
Lumina diriguit coniux, traxitq; rigorem  
Marmoris exanguis: vociq; haud pœria, credas  
Ora adaperta loqui velle, atq; expromere questus.  
Conuexo nemoris rupi, puella cauata  
Vtraq; succedit cum patre: huic altera miscer  
In calatho vinum, petit altera colla lacertis,  
Hæc soror & genitrix Ammonis, at illa Moabi.  
Thariadae femori tendebat deniq; dextram  
Rite, dabatq; fidem, Dominiq; in verba minister  
Iurabat, patria lecturus ab urbe puellam  
Abramidae: & frenis acceptis ore, Cameli  
Portandis humero donis bus quinq; subibant.  
Iamq; iter ingreditur loca seruus Eoa peragrans,  
Picturis expressa suis: hic nubibus æquat  
Vrbs Solymæa caput: vastum hic Iordanes agmen  
Vndarum



Vndarum amnis agit per amictas gramine valles :  
Hic Iacobus iter fecat : hic plaga volvunt fumum  
Surgentis celo Gileadi, Haranij cacumen  
Visa aperire procul . fons pictum argenteus agrum  
Exultante petit iuxta pede , densaque lati  
Umbra cadit nemoris : sub quo spirantia captane  
Frigora quadrupedes, latus alto cespite fulti.  
Dumq; Elieser us passus vocat ethera palmis :  
Nuda Rebecca genu, flauosq; effusa capillos  
Sese agit inter oves, in riuum mittat ut vnam,  
Hospes aquam roget: bac fundente, leuantibus astus  
Mox etiam spumant iumentis fonte canales.  
Hospitis hinc donum, Bethuelidi fronte superbit  
Gemma vomens ignem, baccata monilia collo :  
Effunditq; domus se tota ex urbe parentes  
Muneris auctorem dapibus per gaudia lautis  
Accipiunt. pallam quoq; largius aurea donis  
Palla, & cydas acu picta, argentiq; supplex  
Afficiunt: fructus Labanem: & aromata matrem.  
Cum duce, postremo tabularum margine vectae  
Terga camelorum nutrix & virgo premebant :  
Sponsus in occursum vestigia lata mouebat,  
Hagaris ad fontem: pudibundaq; ueste maritam  
Ora obtendentem, missaque in colla fluentem  
Vectore amplexu iuncto excipit, oscula figens.

Fratribus



Fratribus vndenis hæc dum miranda videntur :  
 Bombyce aurato Iosephus ad atria fulgens  
 Incessit, procerum turba stipante : per astra  
 Qualem fert humeris se conspiciendus Orion :  
 Aut Sol ipse, diem retegens, lucemq; serenans.  
 Postquam introgressus Dux, & data copia fandi :  
 Supplice voce preces ac dona peregit Iudas.  
 Cui ductor brevibus contrà : iam parcere questu,  
 Et prece sollicita : dabitur, quodcumq; rogatis.  
 Non adeò saxis præcordia gesto reuincta :  
 Nec Sol iungit equos tam nostra auersus ab urbe.  
 Dignus honoris dei vestra h̄ic erit : atq; perennem,  
 Adducto puerō, iungemus fædere pacem :  
 Nullaq; sufficio vestris residet in orsis.  
 Munera nec sperno genitoris : vt afforet vna,  
 Optarim, nostroq; super discumberet ostro.  
 Nec plura: intuito germanum verba repressit  
 Fletus amore pio, labefactis pectore fibris.  
 Iccircò ex oculis sese abstulit, ima recedens  
 In spacia, vt lacrymis teste indulgeret abacto.  
 Quas primum vt potuit siccare : Jerenus ad aulam  
 Se retulit, nardi perfusis rore capillis,  
 Perq; genas puro detersis fletibus amne.  
 Interea struxit sudantis prompta ministri  
 Cura penum, stravitq; toris velamina picta,

Argen-



Argentumq; ingens statuit, paterisq; coronas  
Induit auratas, generosaq; vina releuit;  
Regificosq; cibos calidi misere penates.  
In numerum lympham manibus dehinc vrna mini-  
Seq; thoris hospes componit, vt excipit aetas. (strat:  
Digerit hoc nutu cœnæ pater. vtq; locando  
Dissemulet fratrem: seje inter murmura fingeit  
Augurium patera, digitis pulsantibus icla,  
Egisse. aduersa responder fronte sedendo  
Niliacus: neq; enim mensa communicat iste  
Hebraeos. epulasq; suis de lancibus aequè  
Dividit hospitibus Iosephus, lauriū vni  
Uberiusq; tamen germano: cuius amore  
Liquitur, affectu resolutis penè medullis.  
Mente subit genitrix: cuius caput Ilythia  
Nixibus in duris moreci donarat iniquæ.  
Mente subit genitor pariter: qui, coniugis ergò,  
Seruitio rulcrat fallentem pacia Labanem:  
Perq; tot in grege seruando consumere curam  
Lustra coactus erat, vigilatas ducere noctes  
Inter oves, rapido vitam tolerare sub astu  
In campis rigidoq; gelu, calamisq; labore  
Solari leuibus durum curasq; moramq;.  
Cogitat &, quoties, infidos inter, acerbæ  
Obiectare caput sortifit forsan adactus,

Confor-



Consortes : quorum scelere à mangonibus emtus  
 Orbe Parætonio Chanaam mutauerat exul.  
 Hæc agitans, dignum genio ter singere lata  
 Voce iocum studuit : ter vox at fauibus hasit  
 Conanti, ac tacitis rorarunt lumina guttis.  
 Ora tamen tandem suppresso turbida fletu  
 Exxit, & cyathis hilarat conuinia largis,  
 Concelebrantq; dapes lati, & vinaria poculis  
 Inuertunt, iussi perfundere tempora Baccho,  
 Seḡ inuitantes calathis, Israële creti:  
 Ac de sorte noua tacite sibi quisq; soluto  
 Pestore gratatur. simul aptat carmina plectro  
 Phemius, hæc dapes iussus celebrare canendo.  
 Ut gens prisca (refert) sanctorum exegerit æcum  
 Sub recto stipulis congesto antriq; latebris,  
 Sponte colens sine lege fidem : sine militis vſu  
 Fecerit ut pietas, ut fecerit ocia virtus  
 Securis : dapibus nullo ut cogente creatis  
 Contentum, arboreos fætus montanaq; frage  
 Vulgus olusq; aruis tum legerit, ingq; rubetis  
 Mora & corna simul, patulaq; sub ilice glandes;  
 Cœperit ut nondum peregrinum visere littus,  
 Ingq; maris vastum descendere cæsa profundum  
 Monte abies, vrsaq; viam duce iendere velis;  
 Nullaq; terrigenæ, præter sua littora, norint.

Dein



Dein canit in filuis, inter spelæa, Cainum  
Incautè iaculo traiectum, ubi fortè Lamechus  
Capisset capreas telis agitare fugaces.  
Præterea memorat, ceu Methusælis alumnus  
Iura thori primus binas temerarit alendo  
Vxores: & eo natus traduxerit ardens  
In rura inq[ui] lares curam, ad præcepta capacem,  
Iabal, & ediderit, quinam foret usus habendo  
Qui cultus pecori: cera compagine iunctos  
Inter se calamos frater percurrere labris,  
Et citbaræ tractare manu vocalia fila,  
Et pulsare lyram plectro monstrârit Iubal:  
Tertius ad flammam diuersas Thubal in artes  
Tradiderit domitum ferri exercere metallum,  
Follibus accipiens auras reddensq[ue]: nec inde  
Cessarit gemere impositis incudibus antrum,  
Erutaq[ue] in gladios æra, in thoracas, in hastas  
Conflare, in falces, in dentem vomeris uncum.  
Tum quoq[ue] nubiugis Eurum Zephyrumq[ue] Noiñq[ue]  
Curribus ac Borean strepitantem iunxit, & illu  
Fulminis increpuit, tollens ad summa quadrigis  
Sidera, præsignem fama pietatis, Henochum:  
At mortale sinit dilabi corpus in auras,  
Pulcrior ut subeat facies & dignior astris.  
Pyramidi in regione locum Babylonide tandem

Optat,



208

IOSEPHIADOS

Optat, & ad nubes tectis educere turrim  
Cotilibus muris massaq[ue] bituminis instat:  
Donec turba, mouens confusis ora loqueli,  
Intellecturis nequit amplius auribus vti.

SEPTIMI LIBRI IOSEPHIADOS  
FINIS.

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS

JOSEPHIADOS  
LIBER VIII.

Amq; rotis medium Phœbe pulsabat  
 Olympum:  
 Atq; mero vieti, perq; alta cubilia fu-  
 si  
 Jacobideæ toto proflabant ore soporem.  
 At nondum in somnos soluit sua corpora præsul  
 Egypci: membris auctorie cura quietem.  
 Sic adeò insisit secum, & sic ore volutat:  
 Fecerit ut fratribus manus ad scelus omne, recordor,  
 Meq; odia illorum steterint ut atrocia circum:  
 Qui sint in puerum, spectare quid ergo verabit.  
 Hæc secum: & mora nulla. Viro dat iussa fidelis,  
 Credita cui fuerat rationis cura tuenda  
 In domibus, frugum dono distende petito  
 Hospitibus fasces: post aurum insigne, quod astae  
 Nostras ante dapes, Beniamini induit textis.  
 Digressisq; morum facturis, curribus insta

O A tergo



A tergo, furti<sup>q</sup> reos age quemq<sup>z</sup> reducens.  
 Sic ait: hic iussis accingit, & hordea condens  
 Stipat ibi pateram, gemmis auroq<sup>z</sup> micantem,  
 Egregium priscae monumentum atatis & artis.  
 Ergo ubi luce dies prima reuoluta rubebat,  
 Corripiunt sese Chananei, onerig<sup>z</sup> gementes  
 Sucedunt muli, Memphisq<sup>z</sup> relata recedit.  
 Multa viri inter se vario sermone serebant:  
 Principis insignis virtus, epuliq<sup>z</sup> recursat  
 Laurus honoris animis: harent quoq<sup>z</sup> pectore vulnus  
 Infixi, vocemq<sup>z</sup> mouens suadela lepore.  
 Et iam vix oculis celsas urb<sup>s</sup> regia turres  
 Abstulerat: campis a tergo insurgeare cernunt  
 Puluere nigrani tenebras, & creber ad aures  
 Visus adesse pedum sonitus, gemitusq<sup>z</sup> rotarum:  
 Pulsaq<sup>z</sup> confusos clamores attulit aura.  
 Quis globus o( Ruben coclamat) voluitur atro (rū)  
 Turbine? quis tremor iste uirūm? quis pulsus equo-  
 Cui Leuis & Simeon: quid mirum? Ægyptia pubes  
 Pugnarum simulacra ciet de more sub armis:  
 Vel contendit equis, domitatq<sup>z</sup> in puluere currus.  
 Vix ita finierant: cum sese ad compita miles  
 Curribus obiciens, abitum custode coronat,  
 Incubitz minis: quò te fiducia cursu,  
 Perfidie, rana rapit? patera fur teste teneris.

Tu



Tu quis es, hospitiij qui tentes fallere iuram?  
 Pocula, vicem meritis ita, surripiendo, rependi?  
 Quis genio Princeps libat, quibus omina captat.  
 Linea frumento quisq; ordine soluit vincla:  
 Sub dium rapiam Cerealibus abdita donis:  
 Seruitioq; reum non vnguam exire licebit.  
 Dicta parat contrà Chananaeus: seq; caputq;  
 Patris, in hoc nisi mens benè sit sibi conscientia, diris  
 Deuouet: vtq; fides tentetur, vincula demit  
 Fascibus. ecce autem manibus se cymbia reddunt  
 Fine sub extremo, Beniaminus inter auenias:  
 Quem mox tota cohors inter gladiofj; manusq;  
 Praefidis ad puteal, verba excusantia frustra  
 Dicentem, rapit, & non profectura precando,  
 Brachia tollentem. Quo nunc se vertat Iudas?  
 Huius enim dextram fidei monumenta poposcit  
 De puerogenitor, trepido quid pectore verset  
 Consilij? pulsat cum fratribus astra querelis  
 Abscissus chlamydem, recipitq; ad mœnia gressum.  
 Iussa, preces, gemitus, lacrumæ genitoris, in ipsis  
 Omnia sunt oculis, data dextera, pignus, & objes.  
 Ac via sic tandem data voti, obstructa dolore.  
 Dux Nili, inter presq; Deum, cui sidera parent:  
 Fratres te miseri, quos fors inimica fatigat,  
 Oramus: propius reslenior aspice nostras.

0 2

Non



Non ea vis animis, ut flannus vertere prædam  
 In patriam, condatue puer carchesia furto:  
 Quem talem, ut sit amans recti, genuere parentes.  
 Nec longè testes querendi scilicet: ecce  
 Exoluit premium nos suspicione relatum.  
 Forsan heri tulerat duro coniuicia vulnus  
 Niligena, inuisus quæ Nilo Hebraus inibat:  
 Atq; ita composuit fraude in nos crimen & astu.  
 Nec tamen hic nobis mens dextræq; criminis expersa  
 Spe magis accendunt animos: clementia, Princeps,  
 Quam tua, qua cælo te laudibus æquat, & ingens  
 In fratrem inq; patrem pietas: cui pectore & aure  
 Te facilem tribues & amicum: frater, & hæres  
 Nominis, ac genitor tibi si fuit obfitus æuo.  
 In manibus fortuna tuis natiq; patrisq;  
 Et fratum: unus amor nobis, communia damna,  
 Et commune bonum. si sub iuga mittitur unus:  
 Se tibi quisq; iugi sub leges tradit. ademta  
 Prole, patri non esse mora libera funeris orbo.  
 Seruitum potius peregrinis ibimus aruis:  
 Quam dare plangores patrem aspiciemus, & inter  
 Questus ac lacrumas fata immatura vocare.  
 Nunc igitur veri per numina conscia, perq;  
 Si qua fides, quæ restat adhuc mortalibus usquam  
 Salua, precor: per vim pietatis, perq; senectam

Iacidae



Isacidæ magni, qui nobis sanguinis auctor,  
 Per spes surgentis Beniamini, oro : fauore  
 Vince iram, miseresce sensis, miseresce iuuentæ.  
 Iosephi h̄ic animum pietas fraternaq; tandem  
 Nomina fregerunt : lacrymisq; ruentibus, imo  
 Corde effusus amor facto sua vota morari  
 Abnuit ulterius vultu, manifestaq; fecit  
 Indicia : ve nubes, surgente coacta vapore,  
 Tandem abit in pluviā, resolutis frigore guttis:  
Emicat ut flamma clausus fornacibus ignis.  
 Res (ait) arcana es: discede, nec eripe testis,  
 Quisquis es, arbitrium nobis secreta loquendi.  
 Proruit ergo foras se turba, seruq; removit  
 Cardo Paracellos : tum Dux sine teste relictus :  
 Ille ego sum (dixit) quem creditis aethere cassum,  
 Rahelides Iosephus : honos, Pharaonis in oris,  
 Exhibet ecce fidem, somni sub imagine visus.  
 Diriguere metu perculsi, mensq; repente  
 Excudit, atq; genas exanguis pallor obiuit :  
 Pectoribusq; pauor micat, ossa tremoribus vrgens :  
 Et vox destituit linguis ac brachia gestus  
 Orantum, genibusq; manus adhibere parandum.  
 Sic stupor afflatos circumstat fulminis alis :  
 Sic pallit bœnus : sic stringitur vnda procellis :  
Imbre diem inuoluunt sic nubila : flumina frigus



Sic glacie cogit : sic duruit aequore saxum.  
 Quem blando ore metum solatur amicior heros :  
 Mens redeat, fratres, trepidus pauor offa relinquat :  
 Nulla mihi increuit, licet huc sim venditus, ira.  
 Moliti insidias estis mihi : tutus at illas  
 Exitus exceptit. niger est demissus in urnam  
 Calculus : at postquam numerandos urna lapillos  
 Effudit, color est è nigro versus in album :  
 Candidaque aethereo sententia numine facta.  
 Innocuum soluit pars hic mihi tradita cessit  
 Imperij, Dapibus vestra ut ieunia possem  
 Solari : neq; enim felici vomere duram  
 Bos prius exercebit humum, quam, didita terris,  
 Quinq; immanis adhuc orbes explerit egestas.  
 Quare agite, hac patri tantarum in munere rerum  
 Dicta reportetis : migrando ut rura capessat  
 Aegypti, & Changam vobiscum bis querat in agris.  
 Hic domus est ipsi, valle hic consider opima.  
 Dixit : et amplèxum dedit omnibus, oscula captans  
 Intermissa diu : mitisq; in verba cadebat  
 Lacryma. cui fratres amplèxu colla vicissim  
 Impediere pio, veniam lacrymando rogantes.  
 Unaq; vox : salutem, frater, ductor, & auctor,  
 Sisq; bonus, plausu fremit ac singultibus aula.  
 Fama, ruens tectis, agitatis nuncia pennis

Labitur



Labitur ex templò per mœnia tota, per arcem.  
Urbs plausu indulget : gratus quoq; rumor ad aures  
Accessit procerum : latusq; benigna Pharaon  
Corda in Iacobidas non visos accipit : idem  
Hortatur celebrare diem dapibusq; meroq;  
Et iubet, vt Nili regio, latissima cultu,  
Hospitio Hebreis pateat. currusq; satelles  
Instruit, his ut se iussæ pater inferat ora.  
Et iam Thariadum cursus aurora vocabat  
Postera : prosequitur donis Iosephus euntes.  
Ordine cuiq; duas, signis gemmisq; rigentes,  
Exultit, & pictas auri subtegmine vestes :  
Germano vero binas donavit habere,  
Auxit quem precij facti infectiq; talentis.  
Tum vario costas denis oneravit a sellis  
Munere, quo Pharios Pomona opulentat in hortis:  
Ac totidem mulas felicis messibus anni,  
Auxilio superante via, massag; coacti  
Lastis, & herbarum radicibus, atq; Lyæo.  
Omnibus instratos ostro frenisq; superbos  
Deniq; iussit equos ducit, & ne flecteret vrium  
Infidos agitans, monuit, discordia fratres.  
Talibus ad patrem prognati Israële donis  
Se referunt in equis sublimes, testag; læto  
Cum clamore petunt : noua res compescuit omnem

0 4 Tristi-



Tristiciam, gaude, capiamuue ego gaudia? certe  
 Ante mihi his vortunt merores: excipit ille.  
 Gaudet age, viuit (ij contrà) cibi, lusfra tot absens,  
 Viuit iò natus. quid fertis? (is occupat ore)  
 An Iosephus adhuc vitali vescitur aura?  
 Ne spe ne miserum tenetis ludere vana:  
 Neue, tot obductos annis, rescindite luctus:  
 Heu puer infelix crudelibus occubat umbris.  
 Læticiam haud offere redditus tibi nosfer inanem,  
 Respondent: Natum loca sorte tenere secunda  
 Imperij aspicies: iter illuc tende rogatus:  
 En currus & equos, en dona à Prajide missa.  
 Tum verò ex Erebo reducem fecere parentem  
 In lucem: superas qui se tollie ad auras,  
 Assaturq; Deum gratus, dehinc talibus infit:  
 In me nulla mora est: promptus, quā ducitis, assūm:  
 Ibo, viaq; libens omnem perferre laborem  
 Aggrediar, quamuis non sit tractabile cælum.  
 Si, tot post annos, oculis se reddit, & explet  
 Pectora læticia Iosephus (sidera testor)  
 Nil quero ulterius: mihi dulce erit edere vitam.  
 Sic ait: & venum dat prata, agrosq; laresq;  
 Et plaustris onerat gazzam mulisq; relictam:  
 Auertiq; iubet pecus in Mendesia prata:  
 Infrenatq; sibi cursus: tolliq; nepotes

Imperat



Imperat ac teneras pilenta in mollia matres :  
Et Pelusiaca parat oræ aduertere cursum.

Dic iam Musa viros, qui lati in regna Canopi  
Cum patre migrantes iter ex Hebrone tulerunt :  
Atq; virūm numero percurrere nomina tentes :  
A quibus Aegypti seje gens tanta per vrbes  
Diffudit, peditum sexcenta ut millia deinde,  
Armatam poterant qui ferre in pralia dextram,  
Extulerint gressum disclusa per aequora, postquam  
Secula fœcundis duo sol percurrerat horis.

Primus agis currum, præstans ætate, Rubene :  
Qui, pariente Lea, vita oram primus inibas.  
At sceptris & honore sacro patriq; fauore  
Excidis, ause torum viciæ incestare noueræ.  
Sunt nati comites: Hanochus, Psallus, & Herzon,  
Et Charmis, generis iactantes nomina frustra.  
Stirps ea nec numero nec erat successibus ingens :  
Horrescoq; tremoq;, memor cum mente retracto  
Terribilem euentum : qui, seditione frementem  
Actumq; inuidiæ stimulis, cum fratre manuq;  
Coræ Abiramum tulit, ausos poscere honorem  
Mosis & Aronis sibi rupto humus hauſie hiatu :  
Subductaq; suos manes tellure videbat  
Viua cohors, Erebi pallenti mersa profundo.

O 5                    Primi-



Primigenam fratres Simeon Læuisq; sequuntur:  
Ac Gerson huius lateri Cabathesq; Merarq;  
Illiis Iemuel, Iachim, Iaminus, Ohadus  
Agglomerant, Zohar, & natus Chananëide Saulus.  
Hi duo pastorum turba sociumq; coacta,  
Funera per Sichemam crudo mucrone dedere,  
Atq; petierunt irati in vincula nymphas:  
Cum vim Dina soror passa inter sacra fuisse  
Hamoris, & spolium rapti aula pudoris haberet.  
Gens dein tota dedit pœnam à Simeone profecta:  
Inseruit famæ monumentis Iuditha nomen  
Vna tamen, reperit quæ ciuibus ense salutem.  
Deducta Assyrioſ qui venis vulnus alebat,  
Turpiq; indomito faciebat vota sub igne,  
Moribus ingenuis & formæ lumine captus  
Purpureo ) Ducis en vino somnoq; sepulti  
Cervicem intrepido decussit acinacis icu:  
Et noctis dono truncum defensa reliquit,  
Sanguine singultantem atro: quem mane tuentes,  
Vertere cœperunt trepidantia terga phalanges:  
Mœnia quæ circum telis obſeffa ſonabant.  
Leuigenis verò Chananeæ ducere terræ  
Sortem haud cum reliquis licuit; ſed Legifer illos  
Transcripsit, positis diuerto limite, cives  
Vrbibus: & iuſſit ſubigendo in ſacra vacare

Pro



Pro rure, arg<sup>q</sup> focos extis adolere cremandis.  
 Quartus init cursus ibi Seræ & Peris Iudas  
 (Natus veerq<sup>z</sup> fuit, postquam sacer inscius arsit  
 In Thamarin) Selæq<sup>z</sup> parens : & Onanis, & Eris :  
 Quos fænū atra dies subito ob scelus abstulit ambo.  
 Iudæ posteritas Chanaæ cognomina fecit,  
 Et clauum imperij rexit, clarumq<sup>z</sup> potenti  
 Nomen in astra tulit magnorum sanguine regum :  
 Quorum carpit honos radiantibus æthera pennis.  
 Inde genus numerat quoq<sup>z</sup> felicissima mater  
 Vindicis ætherij, qui calce percivit Echidnam.  
 Nomen habet generis Iesseo à stemmate Christus :  
 A Pere eſc<sup>e</sup> heros Iesseus origine nonus.  
 Nupta Thamar fuerat cum fratribus antè duobus,  
 Ere & Onane : thori ſhem verò Sela trahebat  
 Tertius. ergo dolo ſocerum capit, ut ſibi quærat  
 Ex ipso ſobolem, Thimnathidos arua petente.  
 Infaiem tenera ſua contulit ora puelle  
 Pigmentis vittaq<sup>z</sup> : & amictu ardente renidens,  
 In quaſtu finxit ſe pro meretrice ſedere.  
 Lanicij in cura Iudas erat : hafit in illa  
 Diſsimulante nurum, Seraq<sup>z</sup> & Pere latenter  
 Impleuit. pergens : hœdum cape præmia (dixit)  
 Pignus habe interea baculum, redimicula, gemmam.  
 Mittitur hœdus : abeft meretrrix. ter Cynthia fulget  
 Orbe



Orbe recollecto : Thamarim peccasse , vagatur  
 Famaloquax . Iudas , violatum exusta pudorem  
 Ut luat igne , iubet struitur pyra : subditur ignis :  
 Pæna parata reæ est . sacer est mihi criminis auctor ,  
 Illa refert . testes : baculus , redimicula , gemma .  
 Innocuam ( Iudas exclamat ) mittite : culpam  
 Nempe ego sustineo cum Sela . ubi tempora compleat  
 Fætus , & hora vocat geminum optatissima partum :  
 Seram ( hic protendit dextram , recipitq; rubentii  
 Incinctam filo ) Peres perueritur ortu .  
 Porro incesta Thamar , suspensusq; arbore Næson ,  
 Qui Peris pronepote satus fuit Aminadabo ,  
 Et meretrix Rahab Næsoni enixa nepotem ,  
 Et Dauidis auum gignens Moabitis Obedum  
 Enato Rahabes , Messiae in stirpe celebrem  
 Obtinuere simul numerum : ut rata signa paterent ,  
 Nullum à to cælo prohiberi Christe recluso ,  
 Siue alienigena credant , seu labe notati .  
 Dane deinde viam cum patre inuadit Husimus :  
 Gloria cui veniet sine sanguine robore duri  
 Manoada . fremitu , sine clava armisq; furentem ,  
 Quem ventris rabies exegerat alta , leonem  
 Ille cruentata moribundum extendit arena .  
 Mille Philisteos putris osse cadaueris idem  
 Strauit humi : quod fudit aquas , ubi vota perustus

Ora



Ora siti fudit. cum Nox obscura sileret,  
 Præterea emotas immani cardine portas  
 Gazæ bumeris tollens, iuga sub vicina retendit.  
 Quin etiam, æterna damnatus lumina nocte,  
 Amplexu geminas euerdit in æde columnas,  
 Cum sacra iam proceres Dagoni vota pararent:  
 Ut secum obrueret duro tria millia letho.  
 Onimium felix, heros Manœve, fuisses,  
 Si modò famineis aurem præbere negasses  
 Questibus. heu deforme nefas: crudele minantis,  
 Antè feræ ad fremitus qui corda inuita gerebas,  
 Virginis ad gemitus haud corda inuita gerebas.  
 Inde leuem cursu quatit acer Naphtalis axem  
 Seq; tribus comitem Gunis cum fratribus infere.  
 Contra hanc sc̄ape tribum fuit ausa laceſſere pugnam  
 Gens vicina Syrūm: sed Martem euadere viſa,  
 Ceu ſeſe à rapido ſubducit vulnere cerua,  
 Qua ſuperat ſaltu poſitarum lina plagarum.  
 Sic, aciem postquam rapuit Baracus in hostes,  
 Maxima tempeſtas aduersis incidit armis,  
 Ut gemeret Cifon telis eaſisq; repleius,  
 Nec reperire viam ſeſeq; euoluere posset  
 In mare: torq; animas vomuere, ut ſanguine pinguis  
 Luxuriaret humus. ſomnitum munera captans,  
 Clauiſt in aeternam bellī dux lumina noctem:

Vitaꝝ



Vitaq; cum luctu fugit scelerata sub vmbras,  
 Fœmina dum terra clavo per tempora adacto  
 Inflexum applicuit caput, ære sub aure reliquo.  
 Pòs animosus iter Gades contendit, & Ezbon  
 Gadesatus, Ziphionq;, & Sunis, & Haggis, & Arel,  
 Arodusq; & Eros: Aser quibus agmina iungit,  
 Et Iimnas, Iisuaq;, & Iisurus, atq; Berias:  
 Et prognatus Heber, cum Maleiele, Beria.  
 Gadei Elias generis perhibetur alumnusq;:  
 Qui nubem induxit precibus, precibusq; fugauit:  
 Qui pueri incubitu defuncti fata nouauit:  
 Qui sibi rupit iter Iordanis veste per amnem:  
 Vespera quem pauit coruis Eosq; ministris:  
 Quiq; ter elisis excusit nubibus ignes:  
 Affatusq; Deum est, quæ Sina cacumine surgit,  
 Perq; nemus longo caua submouet antra recessu:  
 Quaariugisq; rotis tandem institit, astra capessens  
 Turbine, flammiferaq; manu molitus habenas.  
 Isacharus nono sese ordine latus agebat:  
 Cui geniti, Tholas, Simron, Iobusq;, Phuasq;.  
 Zebulon decimis agitabat frena quadrigis:  
 Quem fecere patrem, Geredus, Iahleol, Elon.  
 Ocia duixerunt semper tranquilla nepotes:  
 Quam simul ob caussam vicinis pendere censum  
 Hostibus annuerant: & agros coluere, feraces

Palladis,



Palladis, ac faciles pecori, Cereriq; fauentes,  
Pomonæq; habiles, intexentesq; racemis  
Pampineis ulmos. mutare iuuabat eosdem  
Cum Tyrijs merces, & cum Sidone carinas  
Instruere, ac ratibus metiri vastas sub astris  
Aequora, velorumq; alis intendere malos.  
Zebulonæ deduxit origine gentem  
Natus Amitthæo vates: qui maluit Euris  
Infidoq; mari fugiens committere vitam,  
Quam defecit Nino Iouæ aspera dicta superba.  
Cum venti eruerent imo aequora concita fundo,  
Affaretq; viris supra caput imber, opacam  
Noctem hyememq; ferens tollétem ad sidera fluctus,  
Et fata intentans pauefactis vltima nautis:  
Isse præcipitem mitti in freta seuia iubebat.  
Quo facto, cœridit pelagi fragor, vndaq; ponto  
Subsedit, Solemq; Thetis placata redixit.  
Eiectum a patem dedit haustu in viscera cetus  
(Monstrum horrendu, immane, auicau) terrisq; vo-  
Reddidit incolumē desueti ad lumina cœli, (mendo  
Tertia quando suos Aurora ostenderat ortus.  
Tandem Beniamidas dicit via: Becherin, Arden,  
Asbelum, Naaman, Ehium, Mupimon, Hupimū,  
Roschion, & Geran: animos ad fortia natos.  
Hac de stirpe genus claro descendit Ehudo:

Qui



Qui gladium Egloni capulo tenuis abdidit aluo,  
 Cum tacitus medium Sol accendisset Olympum.  
 Stemmatis huius erat Paulus quoq; gloria sicutum  
 Qui signis aciem primum direxit iniquis  
 Christigenum in populos : sed latè, è nocte, vocatus,  
 Deinde plagas mundi resonare docebat Iesum,  
 Haud metuens diræ pro Christo occumbere morti.  
 Quam verò horribilem fecit tribus ista ruinam,  
 Obsceno veritis indulgens pectore cæptis.  
 Fumat humo Gabaon, sublimis & inclita bello :  
 Terg; ferè denis viduati millibus agri.  
 In medio genitor curru dat lora secundo,  
 Grandior Israël ævo : affixusq; sinistro  
 Rabelides lateri, sublimi in honore locarit  
 Ut Pharo Iosephum, magnoq; hic amore trahatur  
 Cernendi patrem, docet : ut regalibus idem  
 In picta mensas epulis instruxerit aula :  
 Ut fidei illorum tentamina sumperit auro ;  
 Soluerit ut positis meritas ambagibus iras.  
 At voluens animo pater edita fata, potentes  
 Quæ Chanæ Dominos fore tempus in omne canebat  
 Thariadas, oracula prius meditatur adire,  
 Ut sciat, an liceat promissa excedere terra.  
 Ergo profectus iter Bersabeæ sistit ad vndas,  
 Sanxit Abramus ubi Geraris cum principe fœdus.

Marmo-



Marmoreamq; Deo statuens in collibus aram,  
 Imponit flamnis pecudem, intemerataq; libat  
 Munera, sacramumq; preces effundit ad ignem :  
 Summe Deum, errores animis ò detrahe cæcis.  
 Quondam sollicito, iam visa albescere luce,  
 Tale dasbas solamen auo: tibi ( pelle timorem )  
 Me texatum clypei non expugnabile præsto:  
 Maxima sum merces idem tibi. suspice. nunquid  
 Percenseris poli stellas numerando valebis?  
 Non poteris. at non ha respondere valebunt  
 Stirpi deinde ræ numeros Chanæia tandem  
 Regna ræ genti facis sunt debita, passæ  
 Exilium. Verbis dabitur monimenta : trienni  
 Viælma cum vitula cumq; axiere capra trienni  
 Iam faciat nudo mibi vota sub ætheris Ævo,  
 Et fœtu imbutæ quoq; turtris atq; columbae  
 Fiat bonos are. dixi: mora nulla : crux rem  
 Culter auiis pecudisq; bibit : dissectaq; contrâ  
 Respondent sibi membra situ, voluerisq; volucris  
 Integra. mox ingens pennis allabitur agmen  
 Alium, prædamq; auido petit ore: sed Abra  
 Defendente sacris plodendo & agendo rapinam,  
 Turba vago incassum prædatrix æra lepsu  
 Circinat. ut verò pelago caput abdiderat Sel.,  
 Sidereumq; caput succedens extulerat Nox:

P Corri-



Corripuit tremulis altaria victima flammis  
 Sponte sua, & piceos latè populabilis æthram  
 Condidit in fumos. vna Sopor impulit alis  
 Terrificis lapsum, perq; artus ingruit horror  
 Abramo, hosq; sonos auis aure animoq; recepit  
 Heres scribetur tibi natus: & ista sepulcrum  
 Terra tibi imponet, placide finire senectam  
 Iussa: nepos fatis erit exul. at orbita quando  
 Solis ab axe quater centum renouauerit annos:  
 Me capienda suum fortissimus ultor habebit  
 In spolia, & verti sibi cuncta regiq; videbit  
 Sub pede, nec metis. Chanæa discrimina fallor  
 Nilus & Euphrates. quid nunc sequar ergo, doceto.  
 Iamq; dies verso concesserat æthere teclitus:  
 Lanigeraq; senex effultus pelle, petebat  
 Congressus superum vigili per somnia mente.  
 Angelus ante oculos manifesta luce per umbras  
 Visus adesse viro, talesq; expromere voces:  
 O quid iter dubitas facundæ inferre Canopo?  
 Ambages tibi me solando resoluere iussit  
 Maximus ille cui defensor auig; patrisq;  
 I, quò fata vocant: Mareotidos hospita terra,  
 Stirps illustre genus tua sancto à sanguine prodet,  
 Et pelagi densis numero certabit arenis:  
 Optataq; manu tibi lumina conder ibidem

Iose-



Iosephus, cineriq; tuo celebrabit honorem.  
 Sic ait, obscuroq; puer caput aëre sepsit.  
 Frenatos igitur prima astra cadentia rursum  
 Quadrupedes iunxere rotis : ac portat Iudas  
 De patris aduentu speranti nuncia fratri,  
 Et maturat equo cursum festinu<sup>m</sup> anbelo.  
 Exemplò celerare viam dux obuius ardet :  
 Murice cui pictisq; instratus terga tapetis  
 Stat sonipes, volvitq; premens sub naribus ignes,  
 Exercetq; lupos ore, ac pede verberat auras.  
 Vox it lata tubæ cœlo, pulsuq; fatigant  
 Aëra terga boum, & lituo iuga cel/a resultante :  
 Pulueroq; ruens cursu quatit vngula campum.  
 In cœtu procerum comitante Manassea tollunt  
 Ephramumq; rotæ, genitos tibi, filia clari  
 Asnotha Putipharis : quem, Solis nomine dicta,  
 Pontificis fungi titulo videre Lycæa.  
 Stirpe Manassea decus orti insigne gerebant :  
 Ac populi Aurora palantia terga dedere  
 Sub Gideone . metum confuso ita fecit is hosti  
 Insperatarum trifido clangore tubarum,  
 Fictiliumq; simul spargendum incendia fidu :  
 Verteeret ut sibimet vires in corpora telis,  
 Cum populis Ammone satis quoq; pralia Iephatas  
 Contulit : at saevis confudit gaudia luctus

P 2      Victor.



Victori. quoniam, cum debita bella moueret,  
Mactandi superis votum conceperat amens,  
Quicquid ab arce sua reduci vestigia ferret  
Obvia. cumq; auctus spolijs in pace referret  
Arma domum Victor: cultis stipata puellis  
Vnica cum latis erat obvia filia plectris,  
Et peragebat ouans palmae praconica cantu.  
Crudeli tenerum nympha aurea prabuit ergo  
Ferro admota focus iugulum, Lethæus & uit  
Per corpus color, & cinis hausit eburnea membra:  
Cum Deus his vultu se declinasset ab aris.  
Ephramidis fuit ars contorta vulnus in hasta  
Dirigere, & cursus rapidorum flectere equorum,  
Et plumbum funda iacere, & consurgere dextra  
In gladium, calamisq; fugam, quos expulit arcus,  
Consequi, & inter se crudo decernere cæstu.  
Nuniden tribus hæc, ingentem animisq; fideq;  
Ecce dedit: quo tot ceciderunt principe regna,  
Torgduces animos liquere in puluere, in orno.  
Hoc duce, secta via est Iordanis tutæ per amnem,  
(Pondere tanta preces habuere) & fontis ab ore  
Effusa Arctoum latices reuocauit ad ortum,  
Seq; recurvauit geminum in caput vnda. precatur:  
Vis fluij retro cursus hinc flexibus egit.  
Manibus Hierichüs etiam nullo ariete quassa  
Procubuit,

Procubuit, iuga cum mugitibus alta feriree  
Buccina . miratusq; viam sistebat habenis  
Sol, bigisq; gratum compressum Luna tenebat,  
Ac requiescebant consuetum sidera cursum.  
Iamq; domus procul & celsas Vrbs inclita turres  
Heroum ostentabat: agensq; armenta Iacobus  
Innumerofib; greges secum, vestigia curuas  
Per campi valles gressu tardo torquebat.  
Versat amor flamas natoq; patriq; por ossa,  
Atq; moras omnes ore increpat . Utq; propinquas  
Parte lacebit equus sub utraq; binnitibus auras,  
Pulueribus gaudens gressu insultare superbo:  
Anebibus magis & magis expectatio gliscit.  
Tandem, ubi confectum Iosephi reddit ademti  
Vallis amena patri: palmas cum voce tecendit  
Verasq; & lacrymae cecidere in verba profusa:  
Iactatum accipio quantis te nate periclis?  
Testatui morsus rabidarum intrasse ferarum:  
Et sparsi vacuum lacrymis sine fine sepulcrum.  
Te, nunc dulcis erit mibi funeris hora, recepto.  
Gaudia iam pectus sua non capit: hactenus ergo  
Luctibus & vita iuuat indulisse coactæ  
Lustra tot, hoc late momentum lucis ob vnum:  
Quod mihi merores è pectori diluit omnes,  
Ac rursū ut videar mihi gnatus, & intima, praefata,



Corda reformatus primos etatis in annos.  
 Quem resequebatur dictis Memphiticus heros;  
 Hac est conditio viuendi: tristibus usq;  
 Leta pjs mutat Deus, ut quoq; tristia latet:  
 E q; malo bona sape suis extundere nouit.  
 Exoptata salus iam teq; tuosq; renuit.  
 Hec ait: amplexuq; patris per mutua pendet,  
 Et desiderium piecatis fieribus explet.  
 His actis, fit honos aris, gratesq; celebrat  
 Tota cohors, nemorumq; dapes sub tegmine fusa  
 Instituit: memoriq; bonæ monumenta diei  
 Incidit luco, dein, ne quid vota moretur,  
 Aduena formatur dictis à Präside frater,  
 Quis roget hospitium, confortesq;, arua perentes  
 Hospita, dicta dies cum voce hac fistit in aula:  
 O rex, iusticia cui dat frenare superbam  
 Ägyptum rex ille hominum, rex ille deorum:  
 Dura fames Chanaæ nos Nilo aduertit opimo:  
 Det sedem Gosenæ, gregis quæ cura tuendi,  
 Nosse labor, quæ cura botum: nil querimus ultræ.  
 Suntq; animi nobis, nil magnæ laudis egentes.  
 Migrantem haud Chanaam gremio exceperisse pigebit  
 Goenios, tantiue abolescat gratia facti.  
 Talibus orabant: orantibus annuit ille.  
 Colloquium regis verò ipse, vocante, petivit,

Rege,



Rege, parens: canis quem sparsum, & membra ferentē  
 Curua gradu tremulo, miratus plura putabat  
 Secla Pharo passum. Sextū hæc mihi tēpore claudit,  
 Viginti (ille refert) posse lustra, vagando peracta.  
 Sedibus incertis, & patris auig. magistræ  
 Etati numero vix respondere parata.  
 Heu nimium breuis est annorum summa meorum:  
 Sed, mala si spectes, nimium nimiumq. maligna.  
 Hinc cani, hinc languor, nihil est humana profecto  
 Vita, nisi exilium: nihil est, nisi moror, & horror,  
 Et labor, at sedes in celo fata pararunt,  
 Gaudiaq. & pacem, requiemq. buc tendere certo.  
 O te felicem ( rex inquit ) terq. beatum,  
 Cui licuit præsens cognoscere Numen ubiq.  
 Terrarum, sortemq. auctore leuare, tot inter  
 Exilia & casus: tibi cælum erit exitus inde.  
 Quæ via sic Iouæ per sacra precessæ colendi,  
 Iosepho didici referente: quid amplius ergo  
 Numina rana morer, quæ dono affecit in aris  
 Nostra supersticio? vobis de Numinis solis  
 Vero vnoq. fides tribuenda. Serapin & Išin  
 Tollas Nile tuam, tollas latrania monstra,  
 Quiq. manus opppresso vocem vetat ore resolui.  
 Sic air, ac donis auctum dimisit in agros:  
 Menia Rameſſes oppresi vbi postmodo celo



Pythoniamq; urbem latere eduxere sub astra?  
 Tecta sibi Iacidae sub amena hie valle locarunt.  
 Post hyemes patrem Isaciden septemq; decemq;  
 Ultima fatalia vocant, cui, Ioua in verba vocato,  
 Iosephus dederat iussus promissa, futurum,  
 Sedibus v; corpus dignis exangue referret:  
 Quas seruabat honos Abræ, seruabat Isaci,  
 Sub dorso duplice spelunca, Ephronis in agro.  
 Iosephoq; latos natorum legit adoptans  
 In numerum Israël Ephraimon itemq; Manassen,  
 Donatos Sichem. quorum huic caput ipse sinistra  
 Primigenæ, inuito, transuersus ad omnia caprat,  
 Patre, illi dextra: sed non sine numine: quippe,  
 In regno Christi, sors excipit ultima primos.  
 Magnus erit generis Dux (inquit) ac alter ab illo,  
 Maior erit. mundiq; opifex, cui præstitit Abras  
 Cui pater Abramides cultum prece, munere, factis:  
 Gratia larga Dei, qua vitam altrice peregi:  
 Quo duco turus iter feci, Angelus hosce perenni  
 Complecti cura dignetur, & vndiq; vallet  
 Præsidio pueros, donis præstantibus auctos,  
 Sive caduca petant, sive immortalia poscane.  
 His distis, genitor venturi præscius omnes  
 Adducat in cœtum natos, sua cuiq; resignans.  
 Gloria prima Ruben, generisq; potentiæ nostri,

Rex



Rex populi & Iouæ debebat honore sacerdos  
Fungi, at primigenæ laudes non afferit iste:  
Retia quem lectio genitoris rendere iuuit,  
Et Bilæ incestare thorum, rapit vnda, quod optas:  
Es latice effuso quoq; vilior: amnis ab astu  
Quippe tuo, haud capiens se corde, exuberat altè.  
In Sichimen acuit crudelē perditus ensem  
Cum Læuo Simeon, crudo exercere dolorem  
Mucrone aggressus contra ciuemq; bouemq;  
Sparsus ita in spacium breue forcis vterq; recedet.  
Quorum in consilium sanguis meus ire caueto.  
Iuda, ad te venio, tibi regni insignia mando:  
Tu manibus fratrum circumplaudere tuorum:  
Præstabitq; tuis sese victoria castris,  
Ac palmas genibus succumbens tendet inermes  
Hostis, eris, qualis leo, cædibus ora ferinis  
Imbutus: contra quem, fultum cessite terga,  
Non ulli est animus viribus in pectore præsens  
Irasci propius per tela, & fidere ferro.  
Non temere huic austi quis sollicitare quietem.  
Te duce, qui sceptrum reneat, sacrisq; ministrer,  
Semper erit, donec mittendus virginis heros  
Ortum sustulerit, densum agglomerabitur agmen  
Omnibus è populis missò: religabit asellam  
In vice, in grauido religabit palmitæ pullum:

P 5 Perfu-



Perfusasq; mero uestes color imbuee ostro :  
 Suffudentq; oculos vberrima vina rubore.  
 Lac etiam dentes ringer candore profusum.  
 Zebulon sedem stacuens ad littora, iuxta  
 Sidonios, pontum ratibus tentabit onustis.  
 Osseus est quadrupes, oneri qui cedere nescit,  
 Isacbar: isq; subit vastissima pondera dorso,  
 Et pacem redimit precio, confertq; tributa :  
 Et præ rure latens prælustrum postputat aulam.  
 Dan poterit genti describere iura feroci :  
 Qui simul anguis erit, morfu fallenre peiti.  
 Quadrupedantis iter fissens : ut verberet auras  
 Calcibus, eieltoq; effundat cernuus armo  
 Bellatorem equitem, vires hic suffice, Ioua.  
 Cretos Gade vocat labor acer : ducet in armis  
 Ille viros, campisq; aciem diffundet in hostem.  
 Felicem colet Ajer humum : quem digna manebit,  
 Regum ad delicias, diuini gloria ruris.  
 Naphtalis instar habet ceruae : que, septa corona  
 Venatum, mittit supra venabula saltum.  
 Idem victor erit fandi, Suadaq; medulla.  
 Vi nemus ad cœlum ramis crescentibus exicit  
 Prepter aquarivum : sic patris ab omnius ( autis  
 Praefat id omnibus ) largos que fratribus audius  
 Acquires, Iosephe. ducum fundamine magno

Et



Et ratum & legum tuares, Iosephe, valebit:  
 Calum irrorabit siluis rurique vigorem:  
 Vena perennis aquae tibi seruet: ruber & agri  
 Et pecoris tibi fundet opes: nil denique deerit.  
 Turba quidem hostilis contendet spicula neruo:  
 Sed tua tela magis penetrabilis audiet arcus.  
 Beniamus at lupus est raptor, per ouilia turbans:  
 Quem, surgente die, præda inuigilare iuuabit,  
 In prædam socios partemque vocare, cadente.  
 Talibus ut seros dictis descendit in annos:  
 Compositus lecto, vitam pater exhalauit.  
 Continuò exanimis bacchatur fama per urbes,  
 Et cœlum incendunt Pharij incenduntque Chanæi  
 Lustibus: vnguentisque dies quater ordine denique  
 Flebile, Niligenum ritu, infecere cadauer.  
 Triginta vñterius tremuere ad funera planctu.  
 Post aulæ proceres Iosephus talibus orans  
 Aggreditur dictis: arcta sibi (numina testor).  
 Iuris iurandi me relligione sub horam  
 Funeris obstrinxit pater, ut succederet ipso  
 Inter auos tumulo: quorum complectitur ossa  
 Antro Hithæus ager, geminos pandente recessus.  
 A rege hanc igitur veniam mihi, quæso, benignè  
 Accipite: ut suprema fides soluat, et imos  
 Perferat hoc animæ sub manes fama paterna.

Ne-



Nec verò opto fugam tentare, vel improbus infra  
 Hirtheum esse solum puto regna Pharaonis. illic  
 Ut ducam exequias patri, pietate mereor.  
 Iusè orata ferunt regi: qui pondus inesse  
 Opratis simit, & comitatibus auget iturum.  
 Tenditur ad Chanaan iter: Egypti senatus  
 Et regni proceres (memorem quid vulgus?) honorē  
 Isacidae magni comitantur, & agmina densant  
 Curribus instructis, & equis, peditumq; caderua.  
 Frons cunctis eadem: maestò quoq; concolor ori  
 Quisq; fuit, sumis lugubribus: ipsaq;, corpus  
 In medio exanimum iumenta rebentia, fletum  
 Fudere, ne largis rorarent lumina guttis.  
 Nec fugiunt longos, ad dextrum Hyperionis ortū,  
 Vasta per Arabia loca circumflectere cursus:  
 Fama ut sinistimos plures excire laboret.  
 Iamq; admotus erat Iordanus amnis eundo,  
 Area quà dumis horrens Aradea terebat  
 Ordea: subsistens planctus simulacra futuri  
 Pompam ordo ciet: maestarumq; astra rubarum  
 Pulsantur sonitu: spargensq; incendia pinis  
 Funereis latè facibus discriminat agros,  
 Donec aquis radios Phœbi orbita septima tingit.  
 Afflit interea numerus plangentibus ingens.  
 Cultores Solymæ, Bethelis, & Aidos addunt

Seco-



Se comites luctus : addunt Hebrona colentes,  
Ruraq<sup>q</sup> praelaris Epbratia debita fatis,  
Turrim<sup>q</sup> Ederidos, geniorum carmina nato  
Olim audituræ Cbristo, quin fertilis berbis  
Deseritur Dothe, Sicimeq<sup>q</sup> exhausta filescit.  
Misit item Arabia nemus Ismaele creatos :  
Attraxitq<sup>q</sup> tuos vaga fama Seire colonos,  
Esau genitos, nec non so protinus affert  
Cum septem natis Vſcidos incola terræ,  
Sidera laude petens Sophia & pietatis, Hiobus :  
Vim passæ huic Dinae connubia quippe dabantur.  
Funus auo, ignari cladis, duxere nepotes :  
Cladis inaudita, que modx erat inde propinquum  
Correptura gradum. Syrius nam fata vocabat  
Hostis èò, Ioua permissu, ut tecùa ruinis  
Opprimerent cunctos, genio cum pocula lati  
Primigenæ in domibus libarent, tressq<sup>q</sup> probassent  
Latitiae in partem celebranda adhibere sorores.  
Postquam ad speluncam ventum patrumq<sup>q</sup>, sepulcræ  
Ad tumulum òsequitur solennes ordine pompas  
Iosephus patri, ludisq<sup>q</sup> celebrat honorem :  
Complexisq<sup>q</sup> agris cœtu, certamina ponit.  
Conueniunt, quibus ars currus agitare volantes:  
Armataq<sup>q</sup> manu casta, committere pugnam :  
Et, labente oleo, nudam exercere palestram :

Ac



Ac leuibus celeres plantis suspendere cursus,  
 Praevertiꝝ Notos : aurasq; impellere telus :  
 Armorumq; habitu simulata lacessere bella :  
 Et niti in scena focco, nitiq; cothurno.  
 Pramiaq; in circu victoribus aggerat heros :  
 Arma, rotas, & equos : auri quoq; pondera facti  
 Infectiꝝ : sacros tripodas, palmæq; coronas :  
 Ardentes ostro lœnas : aurumq; iuencos  
 Cornibus inducos : carchesiaq; aspera signis.  
 Solibus exactis septem, accertamine missio :  
 Ter lustrane in equis monumenta, tubisq; ciere  
 Lustisonos instant fremitus : penitusq; cauernis  
 Sub mente immugit planitus, tum floribus anerum  
 Rachelides spargens, gemitu hæc supèr addidit alto :  
 Nunc salve atq; vale genitor : quæ manibus vltra  
 Exequiala bonos persoluat, nulla supersunt  
 Munera, diuellor iam viuus : at ossibus olim  
 Mortuus ossa teram : quæ spiritus ecce reuiser,  
 Quando caput tollet rediuiuum dæmonis vltor.  
 Interea verò hisce notis lapis indicet ossa :  
 Hic sicut Israël, duodenæ stirpis origo :  
 Quem declarat opus vidorem hominisq; Dei q;  
 Sic fatur lacrymans, versisq; refertur habenit.  
 Dum verò cursum relegunt : male conscientia cæco  
 Jacobidas fratres incessit cura pauore :

Indi-



Indignosq; metus vlerici fratri ab ira  
Quisq; sibi singit, tutissima quæq; timendo:  
Præcipue Leuis & Simeon. mitissima primum  
Criminis est facies: dein horrida pullulat hybris,  
Ore tonans diras Hecateng, & flammea torquens  
Lumina: rimariq; inflat præcordia morsu,  
Diuellente animis, trepidantibus vsq; quietem.  
Ut primum fandi data copia: talibus orant.  
In nos omne tibi ius, dux iustissime, cessit:  
In vento scribas & aqua delicta, precamur,  
Nostra, odijq; nefas obliuio deleat omne.  
Numen idem est nobis, idem simul ortus vtrixq;  
Sanguinis: hanc etiam tibi iussa suprema reliquit  
Ipse parens. lacrymas fratri excussere rogantes,  
Tendenteq; manu pacem: ac solaria dixit,  
Sic interfatus. formidine soluere corda,  
Solvite: portandas Zephyris, quæcunq; fuere,  
Iam dudum offensas didimus. Si Numina pacem,  
Si genitor tribuit: tribuisse quid ipse recusem?  
Sors, male iacta mibi, ecce dit bene: cessit amicè  
Factum hostile mihi, Ioua improba damna leuantes  
Inq; bonum euasit fraudis molimen iniquæ.  
In me vestra salus posita est iam scilicet: assūm  
Vendicis à vobis, ut sit, victum unde peratis.  
Desinie his, ab humo properans atollere pronos,

Genua



Genua sibi amplexos, fletumq; per oscula siccans.  
 Tempore ductor ab hoc pius annos quatuor egit  
 Et quinquaginta, qui cum languore iaceret  
 Fessus, & exhaustos frigus penetraret in artus:  
 Fratribus ac natis dedit hec mandata vocatis,  
 Fata simul ventura canens. ô sanguine iuncti,  
 Vixi, & quem dederat mihi cursum Ioua, peregi.  
 Cum verò ad manus concessero: tempore vultum  
 Mutante, heu miseric famularia iura dabuntur:  
 Ignarusq; mei regna ista tyrannus habebit,  
 Qui iuga vos & onus ceruice subire coactos  
 Exedisse odijs gaudebit, atrociter instans  
 Verberibus populo, statuenti mœnia saxis  
 Costilibus, puerosq; iubens in fluminis alueo  
 Exponi. at missa gens tandem vindice nostra  
 Seruitio exhibit: spolijsq; Pharonis abundans,  
 Hoste sequente, fugam pede per freta rubra tenebit  
 Ante, fugæ deprehensa luat quam funere pœnas.  
 Tunc, igitur precor, ut mea tollant ossa nepotes  
 In Chanaam, interea per odores condita in urna.  
 Exoluit gelido se corpore talia fatus,  
 Ponentiq; caput mors exit lumina nocte:  
 Vitaq; cum plausu fugit latara sub umbras.

OCTAVI AC VLTIMI LIBRI  
JOSEPHIADOS FINIS.

PAVLI



241

PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS  
LIBER  
De  
Prouidentia diuina.

A D

Illustrem & generosum  
Comitem ac Dominum,  
**F R I D E R I C V M C H R I S T O -**  
**P H O R V M ,** Comitem  
ac Dominum in  
Mansfeld.



Q

Pontus



Ondus habent tria grande: Fides  
in Numine nixa,  
Verbiq; incursus ope sustinuisse la-  
borans:  
Solamenq; leuans exercita pectora  
curis:  
Et pietatis amor, contentis fortiter vsus  
In luctantem animum frenis, prauisq; repugnans.  
In tribus his ne quem frustretur cura parandis:  
Ecc opus, ut regem regum vsg; Deumq; Deorum  
Acria credamus defigere lumina terris,  
Principueq; pia sua genti aduertere vultu  
Numina. saepe autem(nam vera fatebimur) haerens  
Inter confessum medius dubieq; negantem,  
Sanctus in ambiguo est: an, ceu pia fama recepit,  
Ioua bonis soleat curam praestare fidelem,  
Nec sit noticia quicquam minus illius vquam.  
Causa ter in promptu est. nam( quid manifesta nege  
Cuncta malis plerumq; bonis nil cedit amicè: mus?)  
Quandoquidem his vti fatum crudeliter, illis  
Molliter assuevit. rupium quoq; feedus, & ordo  
Rebus in humanis turbatus fasq; nefasq;  
Confundunt: Virtus ac fors miscentur in vnum:  
Ecc virtutum in precio: certa atq; incerta videmus  
Alternare vices: pro purpureo Narciso

Et

Et segete, heu! lolum dominatur lappaq; campis:  
Quaq; virent paßim, fallunt aconita legentes.  
Deniq; nostra suum non semper habere putantur  
Vota Deum: quando malus, æthera vertice pulsans,  
Successus vrgere suos, perq; obuia, more  
Fulminis, ardet iter vastum fecisse ruinis.  
Hinc animus veterum studia in diuersa Sophorum  
Scinditur addubitanus, pars ferrea condere iura  
Autumat in tabulis, impresso pollice nentes  
Fatorum stamen non exuperabile, Parcas,  
Quod non ipse dehinc rescindere Iupiter ausit:  
Pars negat esse Deum: aut, si non negat, ore p̄fari,  
Cura suas partes quòd languida deserat, audet,  
Et quòd res ita casus agat, vertigine præceps.  
Plurima Fortunam pars, caußæ ignara latentis,  
Diuae in honore locat: cui soli cuncta referre,  
Seu bona seu mala sint, expensa acceptaq; gaudet.  
Hanc etiam caußæ caca ignorantia cacum  
Induit in vultum Diuae, sistentis in orbe  
Mobiliore pedem, manibusq; humana rotantis:  
Estq; data huic toties, opulenta paratibus, ades.  
Fortunam ante alios Tullius reuerenter habebat  
Seruius, ex humili sextum ortu nomen adeptus  
Inter Romulidū reges, Vulcania proles:  
Ac statuam Dominae cultu afficiebat amico.

Q 2

Que



Quæ statua ex auro posita, insignitaq; gemmis,  
 Destituit nunquam aspectus: ad vota, Nerone  
 Principe, Cappadocum per traluentia sâxa  
 Transmisit foribus radiatum lumen opertis.  
 Edidit hæc vocem quoq; templa dicata probantem:  
 Cum, Volsca in patriam ne Martius arma moueret,  
 Fletibus effusa matres precibusq; fuissent.  
 Mense tamen posterior multis sententia constat:  
 Prima Deus caussa est, aiunt, itidemq; suprema:  
 Ætheris ad motum caussamq; deinde secundam  
 Is reculit summam rerum, inferiora regentem.  
 Grande sonans alius, conselatusq; Platona:  
 Menti bus ætherijs ( inquit ) genijsq; Creatrix  
 Caussa dedit curam gignendi & nata tuendi,  
 Frenaq; pectoribus mittendi, eademq; premendi.  
 Hinc tot numinibus, per recta, per arua, per urbes,  
 Prisca supersticio, perq; aetheru, munia didit:  
 Ut sex famineæ sortis toridemq; virilis  
 Cœlestes, Phrygia cum matre, in vota vocentur:  
 Dijq; alij, quos vix numero comprehendere possis:  
 Numinaq; agrestum præsentia: semicaper Pan,  
 Fauni cum Satyris, & monticolæ Siluani:  
 Naiades, ac Dryades, & Orcades, atq; Napeæ:  
 Semideumq; genus. sibi deniq; vulgus adoptat  
 Hinc genios, vitæq; duces, operumq; magistros.

Nos



Nos autem, ( quibus ora, quibus præcordia fингit  
 Spiritus ipse Dei verbo, & quæ lumina circum  
 Caligat, nubem radijs dispellere curat )  
 Nouimus esse Deum, qui multum opis omnibus usq;  
 In cura supereffe sua finat, unus honore  
 Numinis, ac trinus personis: quinq; potente,  
 Cuncta creans & alens, benè digerit omnia nutu.  
 Ecce huic tempus idem, quod erit, fuit, estq; futura  
 Et cum præteriu[m] præsentia temporis exors  
 Tempora dispensat mundo: sua fædera sancie  
 Naturæ, voluitq; vices: celebrantibus inter  
 Se cœtum populis ius inuiolabile condit:  
 Fataq; sortitur regnis, bonus auctor habendo  
 Consilio, & rebus digno cum fine gerendis:  
 Intentosq; oculos per singula versat, & ultor  
 Criminis inprimis respectat numine iustos.  
 His, quibus, ut par eccl., assentior, argumenta  
 Dum breuiter dico, ne sit dubitabile verum:  
 Carminibusq; pijs dum Iouæ prosequor acta:  
 Quis cordi eccl. pietas, animis linguisq; fauete:  
 In primis generose Comes, cui seruit Apollo.  
 Principiò documenta Dei, cui singula curæ,  
 Machina dat mundi: series genitalia neclens  
 Corpora: visq; duplex, quæ circinat æthera cursu:  
 Stellarumq; orbes diuersi: & consona vasti

Q 3      Musa



Musa poli: & rerum decor aptus, motus, & ordo,  
 Perpetuæq; vices: veluendaq; temporis actas.  
 Composuit rerum prima inter semina pacem  
 Dissociata locis ordo, litemq; diremit:  
 Humida ne siccis inimica, geluq; calori  
 Obstaret, leuitas onerofo, molle rigor.  
 Resq; creans omnes calor, & liquor, unde creantur,  
 Temperiem sumunt ab eo, quod friget, & aret.  
 Et simile è simili generando sufficit alma  
 Natura, & certo meditur singula fine.  
 Assiduo rapitur gyro, astra volumine torquens,  
 Æther mobilium gemino super axe polorum:  
 Cursus in aduersum septemplice nititur orbis:  
 Occursuq; fugam moderantibus ætheris astris  
 Non eadem vis est, non una potentia, mutat  
 Nocte diem, errantumq; viam statione moratus  
 Sol regit, & numeros in tempora digerit auctor  
 Seclorum: in terram ius Luna & in æquora cessit,  
 Saturno in glaciem, Mauorii in fulmen & Euros,  
 Mercurio in latices variacq; arbitria formæ:  
 Sub Ioue temperies, nec non innubilis aëris.  
 Utq; duæ cælum dextro totidemq; sinistro  
 Axe tenent zonæ, quas orbita Solis iniqua  
 In medio dirimit, Cancerum inter & Ægocerota:  
 Sie in quinq; plagas, cœlestibus vndiq; pressas,

Disposuit



Disposuit Fabricator humum, nam frigus & imbræ  
 Concreti sub utroq; duas dant margine vastas :  
 Nox ubi per senos crebris circumvolat umbris,  
 Per totidem lux est immunis ab æquore menses.  
 Arua sitis torret duodenis subdita signis :  
 Mitior his tamen est feruor, quos circulus ambit  
 Altis solsticij, diuiniurnior ingruit æstus  
 A latere, umbra cadat quāvis ibi in Arcton & Au-  
 Monstrisq; & Colubris stationē præbet apricis. (strū:  
 Inter ac ardentem positas & vtrinq; rigentem,  
 Aeris excepit blanda indulgentia terras.  
 Ac Cereri ut possint & Baccho alijsq; fauere  
 Gignendis, rapidumq; diem tolerare labore  
 Arua, quiete gelu feroaremq; inter eunte :  
 Limes, in obliquum vasto euruamine sectus,  
 Frena Planetarum & Phœbi moderatur habenas :  
 Cuius equos iungunt spacijs aequalibus Horæ  
 Distinctæ, & revoluta Dies, & Mensis, & Annus.  
 Lunaq; concipiens aduersa lampade flammam,  
 Soli temperiem rebusq; alimenta ministrat,  
 Semine prolifico nascentibus : atq; remittit  
 Humoris succos, incendia grata fouentes.  
 Utq; vias anni, rapide contrarius æthra,  
 Sol peragit : retegitq; diem, vertigine raptus :  
 Circum ita præcipiti terit æta volumine Phœbe



Noctis iter. mēses verò illa terima quaternos  
 Anni interuallo decurrit, quando rotatis  
 Interiore polis gyro mouet obvia cursum.  
 Ut iliterque vicem peragant ut frigus & ardor:  
 Signa hyberna tenet, cum fundit adacta nitorem  
 Luna per astatem: plenisque astiua recenset  
 Signa vijs, Boreas ubi frigidus asperat vndas.  
 Porro quis es tu, cui non animum stupor admiranti  
 Arrigat huius iter breue sideris, atque triformis  
 Oris honos, nec non fædus cum Sole perenne?  
 Obseruata legens regis vestigia bigis,  
 Mense viam euadit, quam Titan conficit anno.  
 Dumque subit, dum se fert obvia, dumque recedit  
 A Phœbi radijs: visu haud metimur eandem.  
 Nunc ea per totas agit altæ silentia noctes:  
 Cornua nunc reparat, dum se collegit in ignes:  
 Lampade diuisum nunc plenior alligat orbem.  
 Denique Phœbeo se lumine cornua complent:  
 Cumque errante choro venerans Hyperionæ Luna,  
 Quæ vocat ipsius lex, dirigit incita gressum.  
 Quid memorem? quater ut duodenis serus opacum  
 Vesper imaginibus stellarum accendat Olympum:  
 Quarum obliqua poli bis senas orbita pascit,  
 Ter quinas Auster, bis denas Arctos & unam:  
 Astræ præ reliquis insigni ut lucida mole,

Quæ



Quæ terram superant multa vice, quinqu nitorem  
 Dene in Zodiaco, tria dextro in tramite, septem  
 In lauo: & cupidis obtutibus ora mcretur  
 Spectantum Orion, humero, zona, pede fulgens.  
 Ver, A&stas, Autumnus, Hyems sua sidera norunt.  
 Sol nouus hinc blando recludit lumine cœlum:  
 Aether in gremium descendit coniugis imbri:  
 Palmes agit gemmas: animos &ata pinguia tollunt:  
 Floribus halat ager: fœse in decus induit arbor:  
 Pabula persultant pécudes: calor ossa reuicit:  
 Cantibus agricolas auis Auroramque salutat:  
 Fluctibus insultante salum rate nauta lacebit:  
 Rustica tellurem pubes molitur aratro,  
 Sparsaque prosciisis committit semina glebis:  
 Exercetque diem diversa vñitor arte.  
 Sole sub ardenti, stridore arbusta cicadæ  
 Dein rumpunt: falcemque vocat flauentibus agris  
 Expectata Ceres: ac dulce aluearia ceris  
 Mel stipant: culmosque terens gemit area pulsu.  
 Mox Autumnus opes cornu prædiuice fundit:  
 Distenditque nemus vario penetralia fœtu:  
 Et redolens plenis spumat vñdemia labris:  
 Et pedica tendit calamoque volucribus auceps  
 Infidias: versatque iterum boue rura colonus.  
 Claudit Hyems tandem arua gelu, canetque pruinis,

Q5 Et



Et niuibus ruit, & filuis populatur honorem,  
 Et glacie cursus tumidarum frenat aquarum.  
 Quando opus est æstu: spirat Leo naribus ignem,  
 Icariusq; canis fouet ore incendia sicco.  
 Quando opus est pluuijs: cedit imber, & omnia plenis  
 Rura natant foësis, obitus ortusue mouente  
 Taygeta, aut Hædis, vel Hyante, vel Oriene.  
 Diuidit hic anni tria tempora: Sole fugatus  
 Arietis ob radios, Veris noua tempora dicit:  
 Decedens iterum radijs, se nuncius affert  
 Æstatis: fugiens surgentem e gurgite manè  
 Scorpion, emitit spirantes frigora Cauros.  
 Vis quoq; certa regit diuerso flamina tractu.  
 Euro ( cui debent se sicca, salubrior aer,  
 Feruida) sub foribus cœli Eos tecta locauit:  
 Proxima sunt Zephyro. Phaëthôte repentina merso  
 Littora, mulcenti siores rorantibus auris:  
 Clangore excutiens penas, nimbosq; serenans,  
 Tundit Riphæos Aquilo, inuasiq; Triones.  
 Cesit habenda Noto contraria terra madenti.  
 Segnitiem & morbum cuius frons nubila præfere.  
 Adde, quod agminibus vehit vonda perennibus am-  
 Tanta vaporis enim resoluti frigore nunquam (nes:  
 Copia deliciit, fluuijs supponere venam  
 Perpetuam ut norit, quæ non arescere posit.

Prima



Prima suæ mundum curæ monumenta Creator  
 Prouidus ecce facit : quæ restent, percipe porrò.  
 Orbis ubi in partes aciem dimiseris omnes :  
 Intus dein oculis quasi temet obito reflexis.  
 Nonne tibi inseuit natura boni⁹, mali⁹,  
 Sensum, & noticia numerorum affectit eundem :  
 Vita à consilio, quod mentem animumq; vocamus,  
 Cetera pars animæ, per corpus diffita latè,  
 Permittit sibi iura dari famularia, tanquam  
 Aduce. Mensq; domum summa sibi legit in arce :  
 Quo res per vi⁹sum penetrat, vox missa per aures,  
 Per narēs odor, ora sapor, loca singula tactus :  
 Vnde quid expedit, quid turpe decensus sit, edit :  
 Vnde Voluntatem monitis, cor, peclora format.  
 In curas opifex animi vacat ergo paternas  
 Ioua, quod esque usquā certis, quibus vivimur omnes,  
 Executiens oculis, vigili in statione manere  
 Perpetuò gaudens, a quo aequus, iniquus iniquo.  
 Constat ab hisce fides etiam, quos conscientia diri  
 Mens facti attonitos habet, Eumenidesq; flagellis  
 Et stimulis versant cæcis, vehementior illis,  
 Quas aut Cedictus grauis exigit aut Rhathamatus,  
 Vitio cogit eos gestare in pectore testem  
 Numinis, offensi scelere ac furialibus ausis :  
 Et stat in obtutu circumspictuq; luendæ

Anxia



Anxia mens pœnæ : seu nox emensa tetendit  
 In lucem , seu nox luci succedit opaca .  
 Nulla quies : vigilat : vigilant sine fine dolores .  
 Semperq; in cursu timor est . ubi lumina tollit  
 Praeaus ad astra : metum pallore facietur , oborta  
 Nocte oculis . nubes ubi fulminis increpat iraz  
 In se tela putat mitti , fumantia flammis .  
 Morbus ubi affixit lecto miserabile corpus :  
 Offensam ecce Dei morbus iam vindicat , inquit ,  
 Concipiens , saluus quæ reddat , vota . soporem  
 Si forte indulxit cura : ingruit horror ab Orco .  
 Quin , ne perpetuò sudent præcordia culpa ,  
 Morte parant multi mortis finire timorem ,  
 Nec dubitant vltro venientia fata vocare .  
 Quiq; locis solis sua furga fecellit & atra  
 Nocte , foro in Stygio crimen tamen autumat esse ,  
 Et se damnat inops . exul mentisq; domusq;  
 Non habet exactum , quid agat : nullumq; patere  
 Confesso numen queritur sibi cretus Adamo .  
 In semet manibus Cis̄ides utitur amens :  
 Quoq; accinctus erat , sibi condit in ilia ferrum ,  
 Proditor elidit sibi respiramina nodo .  
 Brutus in Augustum cum vellet bella tueri :  
 Noctu erat in cura cædis , factiq; cruentam  
 Mente retractabat culpam : Lunamq; tenebat

Nox



Nox densa in nimbo: cum major imago virili  
 Ante oculos specie gressum penetralibus infert,  
 Cui dira illuies membrorum, immissaq; barba,  
 Oraq; recta comis, Stygia fuligine tintet.  
 Quem te fers? Brutus prior occupat ore. malignus  
 Sum genus tuus ( ille refert ) tibi fata Philippi  
 Includens. breuis inde fuit mora: Brutus in ensem  
 Aptato incubuit mucrone. rynaunidis auditor  
 Fingit Apoldorus sibi somnia, dira relatu,  
 Toto vnum credens se corpore vulnus habere,  
 Visceraq; & fibras direpta pelle patere:  
 Cumq; recessisset secta à cute corpus, abenis  
 Exultare dehinc domitos feruoribus artus:  
 Cor verò ista loqui: sum pœnae ego caufsa caputq;  
 Vim parat Harmodio per amore Hipparchus Athe  
 Huic lethū ille parat corrà, & cōurat in arma. ( nis:  
 Perfundi in somnis videt hinc sibi sanguine vultū  
 A Venere Hipparchus, spumantia pocta tenente.  
 In ius à Syria Ptolemaeus rege vocari,  
 Fulminis omen habens, somni sub imagine visus:  
 De quo iudicij statuendi summa dabatur  
 Corvis atq; lupis: qui motam triste per vnam  
 Fecere arbitrium. Byzantia nocte puella  
 Pausanias telo vitam ante cubile profudit,  
 De quo crimen erat violato habitura pudore.

I Hinc



Hinc somno aßiduè Spartanum excusit in vmbriis  
Ossea forma, manus gelidas in lumina tendens.

Præterea legis vindicta æterna seueræ  
Suscipitur, tacitosq; trahit manifesta nocentes  
Pœna, & commissi iusta vltio sçpe redundat  
Vnius in rotum stirpis genus, inq; nepotes:  
Sola quoq; expendit peccandi triste voluntas  
Supplicium. & quamvis interdum Numen atroces  
Non eat in pœnas, nec, quæ vocat ira, sequatur:  
Rara fidem acceptam tamen haud exēpla mouebunt:  
Præcipue alterius vitæ cum præmia restent.  
Cæde patris Bessus Pannon reperfecerat hastam:  
Idq; nefas sine teste diu fuit. usus amico  
Hospite cum tandem coniuia vellet inire:  
Deiecit nidum tollens hastile loquacem,  
Et pullos Progne obrittos calce subegit.  
Caussam affusa cohors querit, cui talia reddit:  
Voce reum cæsi peragit me patris birundo  
Garrula. defertur Besi vox regis ad aures:  
Expediunt vñcum: fassus dat sanguine pœnas.  
Qua sica, temerans fidei pia iura, Dionem  
Curârat mitti letho Calippus: eadem  
A socijs liquit iugulatus postmodo vitam.  
Mityn ob egregiam simulacro affecerat Argos  
Virtutem, & vulnus, quod is exitiale coor'a

Sedi



Seditione culit: statua hæc (mirabile dictu)  
 Cedis in auctorem fecit collapsa ruinam,  
 Cum dein seculo caperet spectacula visu,  
 Argiūo celebrata foro. Qui vincula rupit,  
 Latroni Icadio durum super incidit ambo  
 Crura iugi fragmen, sceleri sua præmia reddens.  
 Sortem Epicydæ vates dat Pythia Glauco:  
 Non impunitum fore, quòd Milesia tentet  
 Fallere deposita, & superis in verba vocatis  
 Ius dare iurandum, fraudiq; obtendere nubem.  
 Reddidit ergo metu pœnae, haud virtutis amore,  
 Depositum: sortiæ fides accessit ab ipso  
 Euentu, ad pœnam Glauci poscente propinquos.  
 In caput eueniunt dire sua facta Perillo:  
 Transscribuntq; sua in Phalarin tormenta Sicani.  
 Quid moror in paruis? per sacra exempla teratur  
 Area maior equis, stagnante paludibus orbe  
 Ob scelerum noxas genus omne sub amnibus haurit  
 Supplicia indomitis, in Sodomin inq; Gomorrhas  
 Sulfureis æther effunditur ignibus. altè  
 Abripiuntur præceps vasto descensus hiatu,  
 Per nemus Arabia: rectusq; voragine Coras  
 Cum socijs tumulo horrendi succedit Auerni.  
 Beniamidum excindiferro iubet ultio gentem:  
 Crimen amor male suade tuum. Iesseus, ademto



Ob Venerem & cædem regno, mandare salutem  
 Siluarum latebris & opacis cogiturn antris.  
 Filius hinc Amnon ab iniulio pocula fratre  
 Cum Sryge mixta bilit, diffunditq; ense peractus  
 Incestam in pateras animam. ramosa tenebat  
 Deinde fugam fratris quercus: deniq; prehensam  
 Fronte comam implicant, transiret ut hasta cor iulu.  
 Sanguine cum tota pœnas expleuit Achabus  
 Stirpe: cruenta canes Istable in corpore mergunt  
 Rostra: in Ioramum telum penetrabile neruo  
 Emicat Asiamq;: caput ceruice recedit  
 Terq; quaterq; viris denis, à rege creatis.  
 Exegit septem Nabonassar maximus annos  
 Per nemus errando sine mente, & vincla trahendo:  
 Quæsuitq; famem solari cespite, donec  
 Reddita mens hausit cœlum, à flatuq; resedit.  
 Quid? quòd tutelæ graue munus opusq; supremæ  
 Ordo virūm & rerū fertur per regna, per vrbes.  
 Cura Dei eſſ: quòd adhuc Maiestas, septa pudore  
 Atq; Metu, solium premit ex adamante locatum:  
 Et quòd ad hanc vultus componit turba decentes  
 Subdita, quæ socia patitur ſe lege teneri:  
 Quodq; magistratus Pietati, vera ferenti,  
 Hospitium & Musis præbet Themidiq;: nec Orcus  
 In chaos antiquum nouit confundere mundum.

Arma



Arma tenente Deo, Terræ quoq; filius, armis  
 Territet astra licet Rhodopæus turbinis instar,  
 Exitio frustra Germanidos imminet ora:  
 Cælicolum rector cui Maiestatis habenas  
 Hæredi & magni transcripsit scepera Quirini:  
 Vnde ibi radices egit Moderamini arbor,  
 Religione potens veteri, sed languida ramis:  
 Ac ferro genus & pomis sua nomina seruat.  
 Hoc stat pro regno fauor Armipotentis in æcum.

Quid loquar Herœo surgentes pectore motus,  
 Fortunamq; vias lapsa instaurando regentem.  
 Non vis, non artes possunt monumenta Magistræ  
 Tanta saluti hominum præbere, inuadere magnum  
 Mens agitat, ducente Deo: qui cordibus acres  
 Subiectat stimulos, opera ad maiora remittens  
 Seruatos, Zephyrosq; aspirat euntibus aptos.  
 Virtus Dux, Fortuna comes, punctum omne tulere:  
 Vtraq; regis opus, per humum, freta, sidera, dantis  
 Iura, quid ergo vetat nūc sensum ad vtrāq; referre,  
 Aufonidum in regno præsertim, ad sidera noto?  
 Tendere cerno duplex alta ad Capitolia gressum  
 Agmen: & hinc Virtus, illinc Fortuna triumphum  
 Dicit: & in litem spectans desiderat ire  
 Turba vago studio certaminis atq; fauoris.  
 Virtutis lateri, qua se fert ore modestam,

R Aggro-



Agglomerant lecli iuuenes, fortissima corda,  
 Magnanimiq; viri: pugnando vulnera passi  
 Ob patriam, ac tardis vestigia clauda trahentes  
 Gressibus, alternos intentia cuspide passus.  
 Exuuiasq; humeris referunt, tibi magne trophaeum  
 Bellipotens, spolijs indurum ex hoste receperis,  
 Spicula trunca virum, rorantes sanguine cristas  
 Mille locis clypeos ictu haud impune petitos,  
 Perfoffos hamis thoracas & aer rigentes.  
 Scitarine libet, qui sint? Decij sumus (aiunt)  
 Fabricij sumus, & Fabij, pariterq; Camilli,  
 Et Cincinnati: cum Marcellisq; Titusq;  
 Fulmen Scipiadae Mauortis: itemq; Catones,  
 Luculli, Marij. Cocles quoq; fortiter ausus  
 Excipere Hethruscam iaculorum corpore siluam,  
 Et vulso in Tiberim saltu se credere ponte:  
 Dextra mihi dextraq; animus prstantior, inquit,  
 Non Fortuna Deus. clamorem hunc deniq; tollit  
 Mutius: haecne aliquid Fortune dextera debet,  
 Errorem igne luens? plures virtute potentes  
 Hisce latu stipando tegunt, clypeisq; coruscant:  
 Unaq; vox agmen per totum: creuit agendo  
 Fortiter, & rerum facta es pulcherrima Roma.  
 Fortune comes es Numa, terra paupere missus  
 In magnum imperium: qui, Nympha coniuge felix  
 Et



Ec Musis ducibus, fundauit legibus Urbeim,  
 Et bello assuetos traduxit pacis ad artess.  
 Aduena Priscus item : quemq; edit Ocriſa nixie  
 Corniculana, inter conceptum sacra virilis  
 Obsceni intuitu : qui rex prudenter & apte  
 Condebat lustrum, describebatq; gerenda  
 Tam pacis leges quam belli. & Horatius, inter  
 Albanos edens stragem : qui funera misit  
 Tergeminis, nullo districtus vulnere, quando  
 Romanis anima iam verebatur in una  
 De populo Albano victoria. Paulus ibidem  
 Inferre se socium, vietrici tempora Lauro  
 Euinctus : cuius turma sine vulnera latum  
 Ecce pedem Aemoniae superato ex hoste reportare.  
 Nec non, cui lacrymis fecerunt funera cuncti,  
 Publicola, id iactans, quod, teste Solone, beatus  
 Post obitum dici supremaque funera possit :  
 Emilius Scaurus, qui, parma inglorius alba,  
 Iura tameu consul capit annua, perq; senatum  
 Dein legitur princeps : datus ad Capitolia custos,  
 Cui rostro strepitans argenteus anser et alis  
 Signa dabat, Gallos niti ascendendo sub arcem,  
 Defenso tenebris : dictator deniq; Sulla,  
 Qui, supra Marij lauros fascesq; tot, ardens  
 Extendit famam Fortunae filius orsis.

R 2      Ipſe



Ipse simul fatis debes te Romule blandis :  
 Quippe , nisi , expositum te iussa inuoluere fluctu ,  
 Vnda refugisset patrui scelus , vberaq; inde  
 Admouisset , amans pueri , lupa : vana dedisset  
 Vrbi , terrarum reginae , semina Mauors .  
 Ecce Deus , ipse Deus , qui regnis secula condit ,  
 Inspirans animos , & vim successibus addens .  
 Hinc de stirpe Chami regem regumq; parentem  
 Nimrodum imperij primos attollere fasces ,  
 Et contra indomitos diuina capessere tela ,  
 Criminaq; ad paenam pro libertate vocare ,  
 Vitifator sensit , mersi spes altera mundi :  
 Qualem Venator se fert cursuq; manuq;  
 Spicula contendens arcu , & venabula crisspans :  
 Seu ceruus trepidis transmittat cursibus arua ,  
 Seu contrâ moueat lupus arma , aut fulmineus sus .  
 Hinc ecce ille leo , dupliqui qui verberat auras  
 Remigio alarum , ventosq; ruendo lacepsit ,  
 Tollitq; humanos arrestus ad aethera vultus .  
 Auricomu nemoris , quod fronde umbracula texens  
 Hospitium nobis praebet victimuq; ministrat ,  
 Rex dein ursus erat , ter adunco dente tremendus .  
 Quattuor at superans ceruicibus , actaq; pennis ,  
 Morsibus incubuit , strepitu locâ proxima terrens ,  
 Pardalis , & strati cæde Vrsi guttura tinxit .

Contra



Contra quam pugnæ successit bellua, ferrèis  
 Dentibus infrendens, ac dena in cornua surgens,  
 Aruaq; prosubigens pedibus, perstansq; furore.  
 Quid verò prohibet sermone requirere sacra?  
 Numinis hortatu, cui vindice militat ipsum  
 Arte malum toties, elisa fauce lacertis  
 Mano adæ extiendit moribundum terra leonem:  
 Et per mille viros stragem dedit impetus osse:  
 Inq; hostile caput conuulsam subruit ædem.  
 Ductori Iaël Chananæo, viribus audax,  
 Tempora transadigit, quæ fata celerrima, clavos,  
 Et mucrone thoris fixam applicat illius aurem.  
 Extructum stratis, somnoq; meroq; sepultum,  
 Noctu Olophernæum gemino caput occupat iclus  
 Iuditha, suspendens tacitis pia vota labellis.  
 Eminus Isaides, horrendum & corpore vastum,  
 Goliam silicis resupinum pondere fundit:  
 Atq; octingentis fugientibus ingerit hastas  
 Hachmonides: gladiumq; Eleasar cæde fatigat,  
 Dirigitq; manus concretis sanguine neruis.  
 Adiice tot miracula Dei, testantia, nostræ  
 Numen adesse pium curæ, & præstare salutem.  
 Fert iter illæsis disclusa per æquora plantis  
 Thariadum populus: contrà coniurat in hostes  
 Vnde refusa maris, coniurat ventus & aëris.

R 3

Ad



Ad baculi tactum fons istibus aëra rumpit,  
 Eiaculante petra latices, astumq; leuante.  
 Per lustra ambrosia dape cœlum effunditur octo.  
 Vis coturnicum, glomerantibus agmina ventis,  
 Arabia campos latè consternit & alte:  
 Ut predo accingat se fœmina virg. petitæ.  
 In caput vnda pedem reuocat Iordania cursu.  
 Isacidesq; viam Chanae transmittit in agros.  
 Sistit iter freno Sol currum inhibente volantem,  
 Ac leges patitur, quas dat natura, refigi:  
 Donec se castris victoria præstet Hebreis.  
 Sol idem, Abafida spem certo pignore firmans,  
 Dena per exacti spacijs discrimina versis  
 Retro legit equis iter, admirantibus astris.  
 In fornace rapax Babylonide feruor anhelat,  
 Ac, dum sugeritur silua vndiq;, sicut ad auras,  
 Pabula corripiens, & eos, qui pabula subdunt.  
 At simul in flamas iuuenes Babyloniam misit  
 Ira pius: medium fretus pietate per astum  
 Lata premit quisq; innocuis vestigia pruni:  
 Et, vim naturæ dediscere iussus edaci:  
 Corpora sancta fugit, pareitq; caloribus ignis.  
 Tempore deficiat, complecti singula verbis  
 Si cupiam: non est, ut consequar omnia dictis.  
 Postremò, se se rebus in orbe gerendis

Solli-

Sollicitum, in patrias animum contendere curas,  
 Ioua probans, mouet ora, uiris, qui fata resignant,  
 Aeq<sup>t</sup> futurorum norint euoluere sortem:  
 Dat monitus etiam per somnia. Cretus Isaco  
 Fata arcana mouet natis, sua tempora ponens  
 Et metas regno sacrisq<sup>t</sup>. Pharonis in aula  
 Rabelides aperit venturis ora canendis:  
 De quibus ad regem Nōx forma imitamina misit.  
 Beorides etiam, venturi prasciūs æui,  
 Prospera fata canit Iudeo, aduersa Moabo:  
 Et stellam populis Jacobæam accedit Olympo.  
 Quid loquar Amramiden? & filia arguta sacrata  
 Pulsantem citharae, cantuq<sup>t</sup>, oracula dantem  
 Plurima de Christo regem? qui plebra mouendo  
 Non tigres & aues ornosq<sup>t</sup> moratur, ut Orpheus:  
 Sed Regnatoris supremi detinet aures  
 Intentumq<sup>t</sup> animum. fata ore quid edita dicam  
 Amosida, quidnam Helciada, quid Buside nati,  
 Quidue Beerida? reliquorum oracula vatum  
 Quid memorem, partim de sceptris edita, partim  
 De sacris? inter quos terminat æthere famam  
 Luciferum æquiparans Daniel, in magna vocantem  
 Sidereo ignes certamina lucis honore.  
 Præcipue vero, dum reges sceptra tenebunt,  
 Charta loquuntur anus simulacra, Soporis ab antro

R 4      Heroi



Heroi Assyrio missa, in cælumq; minata  
 Mole, caput, pectus, ventrem variante metallis,  
 Instabileſq; pedes : ut aperte referret imago  
 Bis duo regna, bonis certantia : quando Monarchæ  
 Omnia sub pedibus vertiq; regiæ videbant,  
 Ut vel honore magis vel Marte rogaq; potentes  
 Non Sol aſpiceret surgens, non pronus in æquor.  
 Vertice cristaſo vir ſcepterifer aſtra petebat :  
 Aurea cui cernix, argenteus vndiq; thorax,  
 Venter ahenus erat, dum crura rigentia ferro,  
 Planta luto & ferro digitos commiffa diremitos.  
 Saxeа pila debinc, prono impete monte soluta,  
 Absq; manu traxit casum, euerſeq; ruinas  
 Explicuit statua, vasta ſe mole ferentis.  
 Perpetuò memori famæ ſimul ore feretur  
 Ipſe Leo in ſomni Danieli viſus ab alto  
 Grefſum efferre mari, fremituq; impellere ſæuo  
 Aëra pennarumq; applaudo corpore valis :  
 Vrſus item in dentes irasci iuſſus aduncos :  
 Tum partus quadruplex cernice, & membra quater  
 Ferre potens alis : fera tandem cornibus ingens  
 Bis quinis, unoq; immania bella fremente.  
 De quibus è cœlo iudex arbitria fecit.  
 Hæc ſuunt, quæ faciunt de Ioua, humana regente  
 Cuncta, fidem, ſeſeq; pijs tribuente benignum.

Qui



Qui tamen haud raro coguntur voluere casus:  
 Ut sub iudicium malefacta vocentur, & error  
 Coridie à pena labis purgamina sumat:  
 Ut dent signa fidem pietati certa probatae:  
 Ut faciat rata Vox sibi testem: ut inertia nullam  
 Induat in fraudem securos: utq[ue] figura  
 Respondere duci non abludente queamus.  
 Quocunq[ue] ergo cadent res: fac, si ut omnis in almū  
 Spes congesta tibi genitorem, ac rei jace remet  
 Ipsius in gremium, quisquis pius esse laboras.  
 Stat Deus hāc: erit hinc mihi cornea fibra, nec vlla  
 Numinis amplexu vis me diducet ab arcto:  
 Hinc mundi furor, inde minas licet increpet Orcus,  
 Nosq[ue] parec medijs in aquis exponere cymba  
 Christiadūm, ventis iactata, imbriq[ue] fatiscens:  
 Imò licet terras in pontum effundere maior  
 Tempestas, cœlumq[ue] in tartara soluere tentet,  
 Ac mundi repeatet vulso chaos axe ruina.  
 Perget in orbe Deus verbo sibi condere gentem:  
 Et dabit, ut saluis huic frondibus explicet umbram  
 Imperij Quercus, Laurus quoq[ue] ferta ministret  
 Virtuti & Musis, & bonos alat aureus artes:  
 Utq[ue] Dei officium Ducibus sit cura tueri  
 Sacra propagando, ius dando, artesq[ue] fouendo.



*In quæ verba tuas vires ut des bonus, vtq;  
Impia vota leues diffugas hostis in auras :  
Per charum vñigenam, per regem in secula nostri,  
Perq; sacerdotem Christum, ter maxime terq;  
Optime, Ioua preces ascendit peclus in omnes.*

PAVLI



PAVLI DIDYMI  
TORGENSIS  
CARMINA GRADVVM  
XV.

I.

Ogor in angustum, grandiq; hostilia mo-  
le  
Sape in me cuneum dant castra : sed a-  
gmina fundis.  
Maxime ter Ioua, cuncta auxiliaribus armis :  
Teq;, fugam teneo , portas prabente parentes:  
Nam mea thura focos exorauere sacratos.  
Nunc verò, bellis truculentior, ingruit horror  
Fraudis, & edentis verba execrantia lingue,  
Liutorisq; mihi crimen fingenis iniquum.  
Ne mihi sit mala lingua malo, quæ perdita nostra  
Imminet exitio vita, munimina præsta:  
Nec patere, in fraudes ut cassibus induar hærens.  
At tu, cui dolus est curæ, estq; calumnia cordi,  
Quem fructū hinc capies? quo dono augeberis inde?  
Præmia non præstat facinus; damna, improba dāna

Das



Das tantum innocuis. nam gutura, tincta veneno,  
 Instar habent iaculi: quod acuta cuspide fulgens  
 Fortiter adducto contorsit dextera neruo:  
 Ignis item, qui Iuniperum depascitur, instar.  
 Illa mihi heu terris interdixisse videntur:  
 Illa mihi heu pontum simul obstruxisse videntur,  
 Cogar ut horrifcis animam committere filuis  
 Mesechi, vitamq; lari mandare vagant  
 Kedaris. o quando lucem Sol late reduces,  
 Qua me corripiam, scelerataq; recta relinquens  
 Triste iter euadam, saeuam expirantia flammam  
 Inuidiaq; odijq; & amicae inimica quiete.  
 E& semper mihi pax in pectore, semper in ore:  
 In nostri excidium ferrum penetrabile contrà  
 Vsq; acuunt hostes, seq; exhortantur in arma.

## II.

Tollor egens opis in montes, perq; ardua late  
 Prospectum peto luminibus: si forte patronus  
 Optet configuum trepidanti aperire clienti.  
 Arcem in conspectu nullam: quo brachia tendam,  
 Ut misero auxilium castris effundat apertis.  
 Te, Deus, ergo salus mea præside pendet ab uno,  
 Cui mare, cui tellus, cui sejne lucida debent

Astra



Astra Creatori Seruatoriq; sed æger  
 Te quidnám afflictas anime? vt via lubrica gressū  
 Effundat, terramq; vt prono corpore plangam,  
 Non sinet Omnipotens: quem nostri cura fidelem  
 Sollicitat: cui nox haud condet lumina somno.  
 Quem penes est gentis sanctæ custodia, Ioua  
 Perpetuis noctes insomnes ducere gaudet  
 Excubijs, noctemq; oculis haud accipit ullam.  
 Iouæ in tutela lareo: dextraq; ministrat  
 Obtenu hic umbram, ne vel me Solis iniquo  
 Torreat igne dies, vel noctem irroret inertem  
 Noxia Luna meo capiti defendet hic omne,  
 O anime, exitium nobis: spe vota foueto.  
 In columem Deus usq; vias sinet ire, redire:  
 Ing gerendo suum res omnis Numen habebit,

## III.

O grata famam: roseo prospexit ab oreu  
 Festa dies, que nos in templo Sionia mitter,  
 Sacra peracturos cantu pecudumq; cruento.  
 Ergo soluturi vota ibimus? ibimus, ædem  
 Voce petituri lata, & pia dona daturi.  
 O salue Vrbs, Solymum, saluet Morija tenui:  
 Legit Ioua sacris hic sedem: hic illius arma.

Hic



Hic quoq; currus erit. fluit hæc ad limina plenis  
 Stirps diffusa vijs, magno Israële creatæ:  
 Sacraq; more facit patrum, ac prece thuris adoras.  
 Æthera, persoluitq; Deo per carmina laudem.  
 Hic augusta Themis leges describit, & æquum  
 Reddit ius populis: solioq; extructa corusco  
 Sceptra gerit forti Maistras regia dextra.  
 Quisquis es, orefaue, Solymæa proq; salute  
 Sollicites Numen prece: letaq; suscipe vota,  
 Pax nunquam ut placitis excedat prospera tellis.  
 O salue vrbs iterum, cunctas regina per vrbes:  
 Numinis hic domus es: hic reges sceptra tenebunt:  
 Hic genus arua colit, mihi pacto & sanguine iunctū:  
 Fausta pijs igitur tibi vocibus omina condo.

## IIII.

Ad te, rex superum mitissime, lumina rendo:  
 Affer opem. obseruans in vultu ut seruus herili  
 Lumina fixa tener, nec se declinat ab illo:  
 Ut famula obtemperans ab hera non dimouet vsquam:  
 Sic etiam vultu defixi hæremus in uno,  
 Ioua, oculis ad te sublati, donec amicum  
 Te nobis tribuas voti faciendo potentes.  
 Da miseratus opem, precor: es cooperatis nefandis  
 Oppro-



Opprobijs Pietas, dictisq; illusa superbis:  
 Hostiliq; bonos prece detestantur iniqui  
 Ac tumidi, celso qui sidera vertice pulsant.

## V.

Si foret absq; Deo: se quippe salutifer affere  
 (Præmia verba sono creti Israële sequantur)  
 Si foret absq; Deo: se quippe salutifer affert,  
 Hostis vbi, imbellis contra, consurgit in armis:  
 Turba fera in nostris dentes conferre parasset  
 Corporibus, morsu, rabidorum more leonum,  
 Viscera diuellens: aut demersisset in a'uum  
 Forte etiam viuos: ranta æstuat ossibus ira.  
 Iam dudum torrens quoq; nobis, impete præcepit,  
 Involuissest aquis caput, & clausisset in vndis  
 Vitales super ora vias: quia ornia passim  
 Lampridem obrueret seu alta licentia pontis,  
 Actumidis vastus stagnaret fluctibus orbis.  
 Gratia lausq; Deo sit: quo prohibente, malignus  
 Haud capere optat potuit spectacula prædæ.  
 Nostra leo incassum strinxit vestigia fauce,  
 Prædaq; frustratur pre dentes ætra morsus:  
 Vanaq; vis vndis in nos immisit habenas.  
 Vita euasit iō mortis loca turbida visæ.

Sic



Sic volucris plaudit pennis, vbi, noxia rumpens  
 Lina, fugam eripuit: vincla insidiasq; tetendit  
 Aucupis ars vanas, & eum sua cura fefelicit.  
 Nos leuat auxilio cœli terræq; repertor.

## V I.

Cuius opes & spes immensi in præside mundi.  
 Sunt sine fine sita: sine fine is mole sua stat,  
 Infragilesq; animos in pectore versat ad omnem  
 Fortune euentum tempestatisq; procellam:  
 Ceu tenet immota se mole Sionia latis  
 Arx imposta iugis, quæ ventum ac turbinis iras  
 Nimborumq; minas contemnit, & incita nimbis  
 Agmina torrentis despectat, cuncta rrabentis.  
 Ut sibi turritas muro circumdedit arces  
 Vrbs Solymūm, obiciens munitas aggere portas:  
 Sic quoq; Ioua pios munimine vallat in orbem,  
 Circuitum ut vana Mars impius arte pererret.  
 Sacratam imperio gentem & crudelibus armis  
 Non poterunt hostes per secula cuncta tenere:  
 Ne forsitan, si sors ostenter nulla salutem,  
 Spem pia corda suam damnent, ac deniq; cedant  
 Fracta malis, & opis nihil esse querantur in astris,  
 Morte fugentq; metum necis vltrò fara vocantes.  
 Subsidio sanctis & amantibus aqua subito:

Ad



*Ad pœnas verò sceleratos iuste reposce  
Arbiter, alma pijs faciat pax ocia terris.*

## VII.

*Quando Sion gressum referet Babylonis ab oris,  
Et captus remeans clamore paterna secundo  
Rura salutabit, nec dein Iordanus amnis  
Euphratis sub iura fluet: simulacra geremus  
Sopiti, cui nox ludentia somnia misit:  
Et se quisq; fide maiora videre putabit.  
Ore ibi tollemus risus, & ouabimus alto  
Gutture, iactata cum plausu ad sidera voce:  
Atq; resultabit latè nemus aruaq; cantu.  
Tunc etiam populi, quos admiratio tanget,  
Hac secum: Abramidæ sunt Iouæ in numine: volvæ  
Ille vices, duris mollissima fata rependit.  
Talia voce ferent, nec eos sententia fallet:  
Nam genus Abramidum Iouæ est in numine verè:  
Tristibus hic fatis lætissima fata rependit.  
At Domine, ut quandā merso alma Pharaone gen  
Libertas respexit Abra, gressumq; Canepo. (iem  
Incolumis per iter maris exculit illa diremii:  
Sic quoq; libertas da nos optata reuifat.  
Vtq; Notis feruent spirantibus omnia nimbo*

S

Et



*Et glomerant amnes de montibus; agmina lapsi:  
 Sic redeundo domum via ferueat omnis, & ingens  
 Ixacidum numerus passim affluat agmina iungens;  
 Mæsta & lieta voices peragunt: qui femina mandat  
 Terra cum lacrymis, huic inter gaudia flauis  
 Sape comis fœtum tellus cum fanore ponit:  
 Non aliter lacrymas per barbara fecimus arua  
 Sementem: at bona fors opulentí mergue culni  
 Horrea distendet nobit, in regna remissis.*

## VIII.

*Ni Deus ipse opifex attollat turribus arcem:  
 Conatum artificis fors irrita vertit in Euros.  
 Ni Deus ipse vigil defendat manibus hostem:  
 Insomnem excubijs tuba ducit in anibus horam.  
 Absq; Deo, frustra te prima opus inuenit Eos  
 Vrgentem, ante diem stratis vertendo relictis:  
 Absq; Deo, frustra duro inuigilare labori  
 Te videt accendens nocturnos Hesperus ignes:  
 Ac sine fruge diem curis noctemq; fatigas.  
 Cuius Ioua rati Zephyros aspirat amicos,  
 Et benè cui dicit: facies huic noctis in vmbbris  
 Infinuabit opes sopor, artus cordaq; mulcens.  
 Numinis es & etiam soboles memorabile donum,*

Mentit



Mente vigens membrisq; valens : hac impetu certat  
 Missilibus, valido quo tendit strenua cornu  
 Dextera . ter felix, iaculis cui talibus austra  
 Es pharetra : euenier, nato usus ut ille patrono  
 Difficilem teneat rigido sub iudice caussam.

## IX.

Felix, qui timidus Domini, qui cultor honesti  
 Tendit iter Iouæ, nec ab hoc vestigia flectit.  
 Terra labore tuo culta, assiduoq; subacta  
 Vomere, fundet agris facilem laetiſima viculum :  
 Nec spes effusum frustrabitur hausta labore.  
 O iterum atq; iterum felix : augebit ouantem  
 Prole thori confors, ac reddet imagine vitam :  
 Vnde vigens palmes crescendo hortatur habenas,  
 Atq; racemiferis intexit fatibus vlos.  
 Estq; ut olim iugis decori, quæ filua coronat  
 Frondea : sic decori soboles erit, illaq; flore  
 Circuitum mensæ stipata intendet ameno.  
 Tantum Ioua sui cultoris cœpta secundat.  
 Quin te dona manent maiora: Sionis in æde  
 Exigere etatem dabitur tibi : resq; perennem  
 Induet in florem tibi sese publica ciui,



*Et natis natorum, & qui nascentur ab illis:  
Seclaq; mitescent, & Pax colet utilis arua.*

## X.

*Intulit arma mihi iuuenilibus hostis ab annis  
(Excipe voce sonos, & redde Iſraēl eosdem)  
Intulit arma mihi iuuenilibus hostis ab annis  
Saepo: sed ecce leues Dominus dispergit in auras  
Vota Tyrannorum, nec ijs iter astra regebant.  
Veriimus heu tergum plagis: & ut inprimis altè  
Bos fulcum, ut grauibus terram insectatur aratri  
Agricola, ac domiis ope romeris imperat aruis:  
Sic mea crudeli versabat membra flagello  
Hostis, & immensis inscripsit corpora sulcis  
Plagarum, & dorsum quasi proscindebat arando.  
Ioua manu at rumpens vibicis lora cruentæ,  
In dulcem afferuit nos libertatis honorem.  
Stet pudor ante genas sceleratis, versaq; mandent  
Terga fugæ: quibus Vrbs diuini conscientia sacri  
Est odio, excidijsq; placet petijisse Sionem.  
Culmina qui recti vestit, sint cespitis instar:  
Sub saxo & sterili nam deserit humor arena  
Surgentem, ante manus quam ferro condeat herba:  
Messorij, grauij nulli reddit inde maniplis*

Dextræ



Dextra domū, & nullus facit ore ita vota viator:  
 Salve lēta seges: blandi indulgentia cœli  
 Imbre tibi semper vīres ac Sole ministret.

## XI.

E barathro in cœlum clamorem tollo profundo,  
 O Ioua, ô Ioua querulis aduertito mentem  
 Vocibus, ac dictis adhibeto precantibus aures.  
 Si rapies in ius seruum, atq; mouebitur verna,  
 Et digno trutinæ pendes exāmine nodas:  
 Candida quem culpis quémnam sententia soluet?  
 Caussam iudicio nimirum nemo tuetur.  
 Sed bonus es, parcisq; iræ, veniaeq; paratum  
 Te geris: exorata patent tua numina crimen  
 Confesso, iustus quoq; sis licet: inde timeris.  
 In te suspiro, te spes mea figitur vno,  
 Te desiderium sermone oculisq; requirit:  
 Nec, quibus ad muros cecidit custodia sorte  
 Nocturna, & vigili portas statione tenendas,  
 Votum ita concipiunt, vt Eos euocet ignes  
 Lucifer, vt lucis tardantes euocet ignes.  
 In Dominum, Isacide, spes omnes congere solum:  
 Nam se propitio largum tibi præstat amore,  
 Et veniam indulget prauis mitissimus ausis:



*Exemptumq; malis, & pœnæ iure solutum  
Annuit ætherio te ciuem adsciscere regno.*

*XII.*

*Iuste timore tui vultus animosq; Creator  
Demitto, nec spes affectio corde superbas,  
Aut me magnificè sublimibus effero verbis.  
Vertice sublato volui dum celsa ferire  
Sidera: dum fastus effudi frena profani,  
Nec mentem sacris studui componere iussis:  
Me fors seu pueri depulsi à lacte gemenda  
Excepit: pueri nutricis ab ubere rapti,  
Nil nisi qui matrus dulces suspirat amores.  
Tam miser es, cui non adhibet solatia verbum.  
Quisquis es Abramidum, tumefactis ergo caueto  
Æthera concipias animis, vel in æm fundas  
Verba superba, tuis benefactis fisus & orsis.  
Tegere submissum, Dominoq; adoluere supplèx  
Poplite, teq; ipsum damna: ac spes omnia ponat  
Numinis in gremijs. spes, quam pia vita locandam  
Abdicat in meritis, te destituisse recusat.*

*XIII.*

*Mente tibi subeat, Diuūm pater atq; hominū rex;  
Iſaides,*



Isaides, scuis iactatus sape periclis.  
 Ecce suum, Ixacidum vindex ô maxime, iure  
 Iurando obstrinxit caput is tibi, votaqz fecit  
 Religionis amans, hæc cum promissa dedisset:  
 Sedibus Augusti succedam haud antè palatiè,  
 Languida nec referam securus membra superbo  
 Ante thoro, ut dulci declinem lumina somno:  
 Quam mea cura locum ponendæ optauerit aræ,  
 Fundandamqz sacris sedem conclusero sulco.  
 Ecce potens autem prædiuitis vberè glebae,  
 Ephrataeus ager loca designauit aratro:  
 Aspectansqz Sion felices arbore silvas  
 Templa polo eduxit sublimibus aurea teclis.  
 Ergo frequens latois hanc nos via dicit ad ædem,  
 Prociduoqz aram veneramur poplite quisq;  
 Inqz preces tales animoso ascendimus ore:  
 Te pede, Ioua, tuis dextro penetralibus infer,  
 Et sedem capiat sibi conscia fœderis arca.  
 Sintqz sacerdotes adyti tutela sacra*i*  
 Labe carens, donisqz adolens altaria ritè.  
 Et caput augustum, et dante vigentis habenas  
 Quod regit imperij, successibus affice plenis,  
 Exitijsqz arce: tua nam promissa reposcit  
 Danides, oratqz, fides ut dicta sequatur.  
 Nec vero promissa fidem tua fallere norunt,



Aut fata Isaidæ finis, æra incisa, moueri.  
 Pollicitis graue pondus ines̄, nec fædralædis.  
 Excipiet (dixti) sceptris Davidica gentem  
 Progenies, stabitq; diu res integra regno.  
 Ac si posteritas dictis pacisq; manebit,  
 Iura timens, que sanxi, ausis temerare nefandis:  
 Omnia regnante per Hebræos secla videbunt.  
 Me toto orbe magis coluisse Siona iuuabit:  
 Hic sedem statuam mihi gratam: hic poscere fata  
 Sacrorum antistes poterit, manifesta reportet  
 Ut diæla ex adytis: hac se iactabit in aula  
 Vox mea: currus erit nostri hic Mauortis & ensis.  
 Hic, quamvis auido, parebunt arua colono:  
 Perfolueritq; fide centuplice credita tellus:  
 Atq; caput circum per agros aget Annus honestum,  
 Floribus & spicis & fronde simulq; racemo  
 Tempora vincit gerens: hic nulla habitabit Egestas.  
 Ritè sacerdotum fungetur munere cura,  
 Incensisq; focis iustos imponet honores:  
 Læticiaq; animos pia gens ad sidera tollet.  
 Virgulta hic radix iterum Iesseia fundet,  
 Arbor ut ad cælum felicibus exeat umbris,  
 Frugiferam tollens viridi de cespite siluam:  
 Hic fædo, ut noctem funeralia lumine vincant,  
 Utq; ministret ier nostri trepidantibus Vndi

Aurea



*Aurea fax, radijs iuga primū Ephraēia lustrans.  
Deniq; turpe caput confusis tegmen obibit  
Hostibus, ac fœdus pudor ora maligna notabit:  
At grauida gemmis redimitum auroq; corona  
Christus, honore nitens, caput inter sidera conderet.*

## XIII I.

*Quantum ὁ ecce bonū, quām res ὁ neclare tindta,  
Inter vbi studij consortes atq; propinquos  
Gratia firma coit, concordi pace ligatos:  
Et veniam indulget fratri per mutua frater.  
Auram ita iucundā preciosum haud spirat oliuum,  
Quod Syriæ nemus aut īēpe Hierichuntina mittūt.  
Id licet Aronis prop̄xam in pectora barbam  
Proluat, ac stillet de crine in cycladis oram,  
Diffusisq; domum perdueat odoribus omnem:  
Illabefacta tamen melius Charis afflat odores.  
Præterea teneris non es̄ ros gratiōr herbis,  
Ambrofis manibus quem ruri inuergit aprico,  
Hermonium bigis seu pulset sine Sionem,  
Aurora, & saltus reficit quo solibus vſtos.  
Ecquid erit verò precij? concorditer æuum  
Ducentes, pacisq; pia confundere fœdus.*

35 Frater-



*Fraternum veritos donis cumulabit opimis  
Ætherius fauor, & magna inter præmia ducet.*

## XV.

*O tu , cui Domini cura est delubra tueri,  
Per fungiq; sacris operando simulq; docendo:  
Tolle age laude patrem Diuum, & consume labore  
Nocturnum in studio verbi, consume diurnum.  
Dumq; fauent chordis per amica silentia noctes :  
Dulcia concordent impulsis carmina neruis,  
Argutoq; canens modereris barbita plectro.  
Brachia sancta polo tende : & pro legis honore  
Inuigila precibus , proq; arce Sionis & aris.  
Sic tibi rex dicat benè, terris cuius & vndis  
Subiectoq; pater sine fine potentia celo.*

Lectori beneuolo Typo-  
graphus.

**C**Vm opus sit Argo quodam , si quis in officina typographica opus suum ab omnibus erratis vindicare velu : ex ijs , que perperam hic sunt excusa, aequis Lector nullam offenditionem excipiet ; presertim ubi , operarum incuria permutationem inter se literarum facta esse , nemo non videt : dum ponitur Apro O pagina , versu 17 : E pro E 13, 1 19, 2. 20, 13. 118, 3. 192, 4. 252, 19 : Contra E pro E 1 6. 151, 14 : Item D pro T 5, 16. 6, 18.

18. 95, 14. 188, 21. 239, 5. 246, 10 : T pro D 131, 11. 198, 2.  
251, 22. F pro V 249, 15 : V pro F 175, 14 : I pro V in ultima syllaba versus 136, 3. 142, 16. 222, 9. 236, 21 : M pro N  
18, 10 : N pro M 15, 11 : P pro B 49, 6 : V pro O 119, 2. 77,  
6 : V pro 15, 20 I pro Y 24, 6 : VE pro NE 20, 10. 53,  
13. 216, 1. Ne tamen aliquis studium in nobis desideraret,  
operam sumpsinus in erratis grauioribus notandis ; ac pri-  
ori quidem numero paginam, posteriori vero versum desi-  
gnauimus. In primis autem integra columna, quam voca-  
mus, post ultimum versum paginae 153, in initio libri 6, in-  
serenda est : 25 nempe versus, qui sequuntur.

Prosequitur verbū discessum, animiq; profectum  
Intrepidus implet . cursu sevor exul ab Austrō

Cum baculo : pietas comes est : duce te, Deus, vior.

Anfractu curuo locus est, aßergine semper

Fontana irriguis : præerupta huic silua cupresso

Vrget vtrinq; latius pinuq; vbi mœnia Luze

Autollit fundata iugū : ac ludit ibidem

Tot florum, quod habet natura, colorib; hortus.

Hac dum flecto via : fessum altior opprimit umbra.

Suscipiens manibus purum de fonte liquorem,

Caelicum regi do vota, umbrisq; frequenti

Succedo nemori : tripliciq; acclivia saxo

Colla levo , tacitamq; acceso in lumina noctem.

Objicit h̄c oculis sub imagine visa Creator

Per somnum, sistens tellure , cacumine fulcit

Scala polum: et gradibus per eam se mittit ab astris

Agmen Spirituum, niuei spectabile pennis :

Deinde gradum reuocat , rursumq; sub ætheris arcem

Aseenso euadit, rex vero hominumq; Deumq;

Desuper, incumbens scalæ, sic ore profatur :

Numen ego Abrami, Iacobe, ego Numen Isaci :

Tu mea cura , prement terram ditione nepotes,

Quam tu iam sonno premis. ecce nec axe vebuntur

Tot gemino stellæ, nec habet tot corpora puluis :

Quot tibi sunt animæ natorum in nomen ituræ ;

Quotq; tuo populis &c

Pagina



Pagina 4. versus 7 lege. Anubidus. 8, 12 sortis. 9, 17 sorte.  
15, 17 riuus. 17, 1 agnum. 20, 2 largas. 20, 13 minime. 22,  
29 agnos. 27, 19 it. 30, 15 mango prior &c. 34, 23 fron-  
tis. 35, 25 Indice secessit: Vocat Apim. it. &c. 38, 13 Ex-  
petit. 40, 11 Eligit. 42, 23 gemma. 44, 6 Omina. 49, 6  
publica. 52, 4 diripit. 53, 1 Proq; -- curia. 56, 7 merum. 58,  
11 pugnet. 61, 15 capessent. 64, 4 Extructus. 64, 7 stipula.  
70, 7 prae. 70, 21 Maiestatim. 70, 25 at. 71, 12 Libra. 73,  
14 Thariada. 74, 14 monente. 77, 6 nexos. 78, 9 fastis.  
79, 6 galeas. 80, 14 Quolibet. 85, 14 idem. 90, 16 Quot. 97.  
14 aera. 98, 12 caudae. 98, 21 alitum. 99, 3 altis. 100, 8  
Prolesq; Paterq; 101, 13 discurrens. 101, 24 Qui. 102, 9  
Napæ. 103, 14 de carne mea carnem. 107, 2 Edenidos.  
107, 17 disticta. 107, 24 petes. 112, 11 Eurumq;. 112, 19  
probans. 113, 5 leni. 118, 9 Veste. 118, 4 leta. 122, 9 gremio.  
123, 1 apparat. 123, 23 petet. 124, 2 optandi. 127, 24 &  
patruus vna. 127, 25 ardenti. 130, 22 languenti. 131, 11 induit.  
133, 12, ducit. 136, 3 alumnus. 136, 21 soluero. 138,  
21 tot. 139, 18 annuerat. 142, 4 Tentat. 142, 16 da-  
turus. 148, 8 Venator. 149, 8 setas. 151, 14 cæde. 155, 19  
condentis. 158, 5 natura. 159, 11 ostentat. 159, 2 fana.  
161, 1 dio. 163, 10 aura. 165, 2 solitasq;. 166, 13 admo-  
nisse. 169, 17 Labanes. 171, 18 cæstu. 172, 14 infletaq;.  
173, 20 sopore. 173, 21 Iabocus. 175, 14 fero. 178, 13 ca-  
susq; 179, 1 iter. 179, 15 Automedon. 180, 23, iuuenem.  
183, 16 quare. 185, 17 Nilus. 186, 1 Palilia. 187, 21 soli-  
dos. 190, 13 nec. 196, 9 iubebo. 196, 11 habebo. 197, 7 ru-  
gosis. 197, 9 fragrantis. 198, 2 imuidet. 198, 6 ipso. 198,  
12 aurei. 198, 25 facci. 199, 4 suspicio. 203, 2 Iabocus.  
203, 8 pañis. 212, 1 eamus. 213, 22 parantium 216, 25 cur-  
ris. 219, 5 fædum. 220, 13 Rahabe. 220, 14 Moabitis.  
222, 9 alumnus. 223, 10 deferre. 223, 18 at. 227, 22 spar-  
gentum. 228, 7 præconia. 229, 3 gradum. 234, 24 præ.  
236, 21 pinus. 238, 13 monte. 239, 18 dedimus. 243, 12 ore  
profari. 245, 7 digerat. 246, 21 Conceptus terræ Venus  
atq; animantibus implet: Sub Ioue &c. 249, 3 moretur.

249,



te.  
22,  
m-  
x-  
, 6  
58,  
la.  
73,  
ts.  
97-  
, 8  
9  
os.  
19  
io.  
&  
in-  
8,  
a-  
19  
na.  
o-  
is.  
a-  
m.  
li-  
u-  
8,  
us.  
ir-  
is.  
ir-  
a.  
ore  
nus  
ur.  
9:  
249, 8 *Sata* 249, 15 *Vinitor.* 258, 4 *Nitentia.* 262, 25 *de-*  
264, 10 *tum.* 264, 20 *Pardus.* 271, 5 *Prænia.* 271, 14  
*quin.*

Distinctionum errata per se quisq;  
corriget.

Téλος

Ωτιεω δόξα.









22 <sup>18</sup>  
—  
K, 18

AB: 22 <sup>18</sup>  
/ k, 18  
(x2201994)



meus Christusq[ui]d[em] p[ro]p[ter] pec[ci]on[es] tuas  
nos istos ad te los fidei q[ui]d[em] Cardine y remissio  
omnium peccatorum ab Christo, resurrectione  
Cœrus in Christo, et Vitam eternam cum Christo.




22 18  
K18

(220 1994)


55.





**Pauli Didymi  
IOSEPHIADOS  
LIBRI VIII,  
Totam Genesin  
complectentes.**

Ad pedes  
*Dei Opt. Max.*



L I P S I A E,  
Imprimebat Georgius Defnerus  
M. D. LXXX.